



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik


Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



AD BIBLIOTHECAM
AMBROSIANAM
CLASS. 3. N° 724



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT




90000222440

p. 209

D E
JURE GLADII
TRACTATUS

ET DE
TOPARCHIS QUI EXERCENT ID
I N
DIOECESI ULTRAJECTINA.

Auctore
ANTONIO MATTHÆO,
Juris in Illustri Academia Lugduno Batava Antecessore.



LUGDUNI BATAVORUM

Sumptu Auctoris

Excudit JOHANNES KELLENAAR. Ann. M. D. C. LXXXIX.

Num D. 2276

GENEROSISSIMO, ILLUSTRIS, ET NOBILISSIMO VIRO,
D. D. EVERHARDO DE WEEDE,
TOPARCHÆ DE WEEDE, DE DYCKVELT, RATELES ETC.
DECANO S. MARIE, PRÆSIDI ORDINUM TRAJECTEN-
SIUM, ET NOMINE EORUNDEM AD CONSESSUM ORDI-
NUM GENERALIUM HAGAM COMITIS DELEGATO,
PRÆFECTO MOLIIUM AD LECCAM, OLIM BELGII FOE-
DERATI AD REGES GALLIARUM ET BRITANNIARUM
LEGATO, ET JAM EADEM LEGATIONE APUD REGEM
BRITANNIARUM, QUI JAM REGNI ILLIUS SCEPTRA FI-
DEI DEFENSOR INCLYTUS ET VICTOR HOSTIUM MO-
DERATUR, SUMMA CUM GRATIA PRÆCLARISSE
FUNGENTI, ILLUSTRIS GLORIÆ INCREMENTA, VALE-
TUDINEM, SALUTEM, ET FELICITATEM PERPETUAM.

NOBILISSIME VIR,

Dum majorum nostrorum res domi militiæque for-
titer strenueque & insigni animi magnitudine
olim gestas evolvere, dum Ultrajectum contem-
plor Belgii urbem fulgentissimam, secundam
nulli vetustate, substructionum splendore & tot templis su-
perbam, dum vetus regimen ejus lustro, dum episcopi po-
testatem, cleri opes & dignitatem, equestris ordinis virtu-
tem, magistratus jus ingens, civium vim & fortitudinem
perpendo mecum attentius, in eam raptor opinio, ut
putem Carolo Cæsari nunquam eam submissuram se, nisi
domi discordia, foris bellum, tumultus, & Antistitis Hen-
rici Bavari passim populi libertatem & privilegia conculcan-
tis tyrannis totam attrivisset & ad exitium vocasset. Par a-
liquin etiam Cæsari, saltem non multum impar, præser-
tim si consideres tot atrocibus passim bellis undique eum
circumsessum tum, nec magna admodum auxilia, quæ
contracta ex Hollandia, cum urbi bellum intulisset, ad An-
tistitem missa, diœcesis contra amplitudinem, Transisula-
nia

* de statu Europ.
sub Frieder. III.
cap. 28.

nia adhuc juncta, & reliquo terrarum tractu usque ad Amasim fluvium. Unde ingens vis militum quadraginta millia armatorum, ut scribit alibi Æneas Sylvius. * Præterquam quod Antistes, nisi hostis judicatus, & hostis Urbi infensissimus, misso fulmine, quo armatus, potuisset & Cæsarem, ni desisteret ab incepto, & universum exercitum ejus in infernum detrudere. Sed ambitio, factiones, odia, & contraria passim studia viam Cæsari aperuerunt, qua diœcesin oppressit. Felix & fortunata hæc, dum summa domi concordia, dum justitia, dum virtus. Nullus locus tum ei asper, nullus hostis formidolosus provecæ Cæsarem donationibus & bonis artibus progressu temporis ad invidendam potentiam. Vir illustris Episcopus & Imperii olim Princeps, Ditionis Rector universæ, & cum summa potestate, quæ in sacris extendebat se etiam per Hollandiam, per Gelriam, per Cliviam, per Zelandiam, per Frisiam. Potestas tamen non effrenis, nec licentia absoluta quicquid vellet faciendi, sed multis modis circumscripta & legum vinculis adstricta. Plenissima jurisdictio ei, criminalis, civilis, ecclesiastica, secularis. Etiam jus majestatis, sed non plenum & absolutum. Majestas etiam apud Ordines. Apud urbem etiam Ultrajectum. Et quod valde hic notandum: In urbe Principi nullum jus. Honoris tantum causa dictus Dominus Trajectinus, *Onse Heere van Utrecht*, ut est passim in chartis. Nec honoris tantum causa, sed quod Trajectum ditionis caput. Trajecti aula episcopalis. Sed raro is Ultrajecti. Ultrajecti nec potestas nec jurisdictio ipsi ulla. Nulla quod ad magistratum. Creabat populus magistratum. Nec Senatum tantum urbanum, sed & Consules, Quæstores, judices. Aliud ab episcopo usurpatum non memini, quam jus dicendi Prætorem tantum. Quo constanter etiam usus usque ad Carolum Cæsarem, qui non tantum Prætorem, sed magistratum etiam ipsum quotannis constituit. Ruri contra per diœcesin major vis & auctoritas. Soli ibi jus gladii. Soli utriusque ex Toparchis, qui inter Nodam & Bodegraven, ut diserte est
in

in charta, quam Buchelius ad Hedam habet p. 234. Vetus admodum in diœcesi & insignis nobilitas. Multi ex iis locorum domini, quibus singulis jurisdictio, sed media seu civilis. Criminalis non item. Primus qui eam nactus, Præfectus S. Joannis fuit, Conradi Antistitis beneficio circa Annum M. LXXXV. Nec intra annos ducentos ulli idem deinceps datum vulgo hæctenus existimatum. Ego admodum de eo dubito. Et causas habeo satis graves, cur in alia eam omnia. Tibi etiam, vir Illustris, qui iis successisti, qui concessum a Cæsare jam olim exercuerunt id, deberi optimo jure putem. Et miratus sum satis, cum in eos inquirerem, qui sensim temporis progressu idem jus consecuti, nondum id a te assertum, qui majoribus siquis alius nobilissimis in diœcesi & vetustissimis etiam ortus, & quibus urbs Amisfurtum suam debet originem, meritis tot & tantis in Urbem, in diœcesin, in Belgium universum, ut non dicam de legationibus ad potentissimos Reges, quas & summa cum laude & judicio etiam Serenissimi & Sapientissimi Principis incredibili industria & prudentia obiisti, & etiamnum adhuc obis, velut sydus lucidissimum longe aliis præfulges. Causa alia non succurrit, quam singularis modestia, qua gloriosius existimasti quæri, cur non vindicasses, quod tuum jure tibi debitum, quam cur id vindicasses, Romanum illum hæctenus heroem imitatus, qui longe pulchrius putabat, si homines Romæ quærent, cur non esset sibi statua, quam cur esset posita. Certum est, vir Illustris, Henricum Imperatorem, qui V. ejus nominis, pagum Lake & Isla, & quicquid situm in illo pago, cum omni justitia Capitulis S. Martini & S. Salvatoris concessisse Ann. Domini M. C. XXII. Diploma primus jam edidi *lib. 2. de Nobilit. cap. 10.* Cum *omni autem justitia*, id est, omni jurisdictione, & alta & media. Nam sic vulgo usurpatur vox, etiam in diplomate, quo S. Joannis Præposito concessum jus gladii, apud Buchelium ad Hedam *in not. p. 142.* Certum, quod donatio hæc terras, quæ inter Leccam & Islam, complectatur,

tur. Quod terrarum illo tractu etiam Dijckvelt & Rateles, Quod quædam a Capitulis lapsu temporis distracta, quædam data in feudum. Quod data Dijckvelt & Rateles primum Dominis de Vliet & tum Dominis de Montfoort. Quod data hæc non simpliciter, sed cum omni etiam jure, quod habebant Capitula, cum omni justitia. Et quid necesse ut fluctuemus hic? Agnoverunt id quod dico etiam Ordines Trajectini. Quod Toparchis scilicet de Dijckvelt alta etiam jurisdictio & quod citra controversiam ipsi olim jam ea usi. Agnoverunt diserte id (& instrumentum ad manum est) anno adhuc superioris seculi Lxii. An acu rem tetigerim, rerum arbitris non iniquis relinquam porro judicandum. Tibi in primis, vir Illustris, cujus me & mea omnia censuræ libens submitto. Deus Belgii uniti Stator summus ac Conservator, seu togæ seu sagi sit negotium cum æmulis, ex alto semper Amplitudini tuæ benedicat propitius. Ringentibus quamvis invidis auctam præmiis & honoribus auctam ingenti gloria florere eam diu faciat. Salvo Serenissimo & Potentissimo Rege, salvo Principe orthodoxo, & tot trophæis illustri, Victore ac triumphatore, & Fidei Defensore a Deo nobis dato felicissimo, maximo, salvam servet diœcesi, salvam incolis & bonis omnibus, qui salvam volunt Rempubicam. Sic præclarissimas virtutes tuas & ingenii illam vim diu Orbis admiretur, veneretur, suspiciat, ut venerabundus eas colit, & colet deinceps perpetuum

NOBILIT. ET AMPLITUD. TUÆ

Devotissimus

ANTON. MATTHEUS.

BENEVOLO LECTORI S.

Quacunque hic occurrunt Acta, quacunque charta aut monumenta praeter unum aut alterum omnia haecenus nondum visa. Praeter eos, quorum memini in praefatione ad libr. de Nobilit. viros, quorum virtus, quorum fama perennis, & aeterna memoria erit, multum juvit me Perillustres, ad potentissimos Reges legationibus clari, & generis vetustate citra controversiam in dioecesi nobilissimi Everhardi de Wede Toparcha de Dyckvelt, Rateles &c. ob praecelara in dioecesin & Rempubicam merita a Provincia Ultrajectina ad Confessum Ordinum Generalium Hagam Comitibus ablegati non vulgari humanitas, communicatis tam liberaliter archivis S. Mariae, & facta ex iis potestate (nam Decanus Collegii est) describendi quae vellem. Multum summum in me studium Nobilissimi & ex equestri nobilitate majorum imaginibus & insigni eruditione inter paucos excellentis Theodorici Joann. Alberti de Ridder van Groenesteyn, Toparcha tot Rynesteyn &c. Vix verba suppetunt ad praedicandum, quantum is me devinxerit sibi manuscripta aliquot communicando Gisberti Lappii a Waveren doctissimi olim viri & ut patria antiquitatum peritissimi a Buchelio non semel collaudati ad Hedam in notis. Multum favor etiam & industria viri strenui & Nobilissimi Justii Taets ab Amerongen Domini de Natewissh, quo praecipue annitente inspexi etiam & evolvi, quicquid antiquitatis Dorstadium urbs adhuc servat. Multum familiaritas & de rebus priscae aevi frequens admodum commercium, quod intercedit cum Spectatissimo & generis vetustate, ut Bononienses testati ad eum misso diplomate, non minus nobili & insigni Daniele de Milan, Canonico olim & Officiali Capituli S. Mariae, nunc autem Senatore & Camerario Trajectensi. Etiam alii adhuc plures, quibus sentio me obstrictum, & quibus singulis suo tempore, quod unicum tantum possum, reponam gratias quas possum maximas. Et ingentes necesse est reponam viro Nobilissimo, prorsus etiam illustri & antiquissima gentis, ut quae seculo duodecimo in dioecesi jam floruit, vinculis affinitatis dudum propius jam juncto, Friderico de Wael van Vronesteyn Toparcha tot Vronesteyn, cujus chartis & monumentis, quorum magna ipsi copia, non parum fateor me adjutum. Ingentes etiam Capitulo, quo non aliud splendidius, & quod plus servat antiquitatis, majoris ecclesiae, quod ultro fecit potestatem & fecit potestatem speciali decreto, tractandi & scrutandi, quae recondita adhuc habet, Praecelara & insignia. Alias dicam & forsitan brevi quid ex iis profecerim. Interim id certum: Ne hos quidem nominassem jam, qui saceri forsitan malunt, virtute & meritis satis clari, nisi homini ingenio nihil turpius existimassem quam non agnoscere beneficium, nec palam & ut oportet per quem profeceris profiteri. Unum hic adhuc addam: Quod a Wiltis dixi Ultrajectum etiam

Wilten-

*Wiltenburch dictam lib. 2. de Nobilit. cap. 1. verissimum adhuc puto. Nam auctores habeo Bedam, qui vixit seculo octavo & obiit Ann. D CC. XXXIV. S. Ludgerum, qui vitam S. Gregorii scripsit, & qui episcopus Trajectensis nono seculo adhuc vixit, quo & desit in humanis esse, incerto tamen anno, ut ex iis patet, qua Buchelius habet ad Bekam p. 28. & Brouwerus ad ejus vitam. Sigebertum monachum Gemblacensem, qui ut ipse id significat de scriptorib. ecclesiastic. cap. 172. vixit seculo undecimo, Henrici IV. temporibus. Theofridum, qui vixit Abbas Epternacensis Ann. 1073. de vita S. Willibrordi cap. 8. ubi ita: Romæ a Papa Sergio dimissus hierarcha Willibrordus ab egregio Principe Pipino cum ingenti susceptus alacritate & gloria donatus & glorificatus est ab eo Pontificali cathedra in castello illustri, quod juxta Domini Bedæ assertionem *Wiltenburch* antiquitus barbarica, *Trajectum* vero lingua vocatum est Gallica, ubi navigans de Hibernia, ut prælibavimus, delatus in continentem longæ navigationis finivit dispendia &c. *Idem in heroicis de vita S. Willibrordi lib. 1. cap. 5.**

Trajectum celebrem Viltorum venit in urbem
Per se dotandam.

*Vetus etiam est Auctor, qui Chronicon Fontanellense scripsit Ann. D. CCC. XXXIV. quod retulit doctissimus Luc. d' Achery in tom. 3. Spicileg. Sed nec aliter loquitur hic quam ut ceteri. Ita cap. 3. Cum vero comperisset Carolus a sibi dicentibus, quod scilicet Raganfridus per equum Wandonis aufugisset, jussit eum illico de cœnobii hujus regimine projici, & in Trajecto castro exilio trudi, quod antiquo gentium illarum vocabulo *Viltaburch*, id est, oppidum Wiltorum vocabatur, nunc vero lingua Gallica *Trajectum* nuncupatur. *Ibid.* cap. 11. Erat autem in exilio adhuc idem Wando in Trajecto in monasterio videlicet B. Servatii Confessoris Christi. Quem accersitum Dominus Pipinus curam illi cœnobii istius commisit. *Ibid.* cap. 12. Igitur idem vir religiosus Wando dum de Trajecto castro, ubi ad exilium ductus fuerat, cum permisso ac jussione gloriosissimi Principis Pipini reverteretur, pignora reliquiarum B. Servatii Confessoris assumens secum detulit: veniensque in hunc locum &c. *Nec hic amplius hastandum. Sunt scio qui Wiltenburch & Trajectum distinguunt, quod hodieque adhuc Wiltenburch extra urbem ad Orientem, ubi locus jam Vechten est, & cujus meminit Balduinus etiam Præpositus S. Mariae in charta Ann. 1169. qua sic incipit: In nomine Domini. Ego Balduinus Dei misericordia in ecclesia beatæ Mariæ Præpositus notum facio omnibus Christi fidelibus præsentibus & postmodum futuris, qualiter decima in Wiltenburg, quam Herimannus de Wedene, decima quoque in Lopica, quam Gerardus Domini Framberti filius a me & ab antecessoribus meis sub jure pheodi tenuerant**

nuerant, usibus fratrum accreverit in ecclesia beatæ Mariæ famulantium. Prædicti vero viri non vocati sed propriæ voluntatis arbitrio ad nos venientes, Herimannus præfatam decimam in Wiltenburg majorem, & minorem & secularem justitiam, decimam quoque in quibusdam circa Wiltenburg adjacentibus locis, Gerardus vero &c. *Sed non multum id ad rem facit. Quod Trajectum a Wiltis Wiltenburg abunde id jam probavi. Cur locus is extra urbem idem nomen sortitus latet. Sed haud dubie quod ibi prædium, aut si mavis habitatio cujusdam apud Wiltos viri olim illustris. Et utrumque id satis certum & quod nobile ibi prædium, & quod olim qui ejus Domini dicti Domini de Wiltenburch. Chartam habeo ineditam Ann. 1288. qua abunde id ostendit: Univerfis præsentia visuris Nos Suederus de Wiltenborch miles salutem & cognoscere veritatem. Cum illa quæ sine scriptis fiunt cum lapsu hominum a memoria hominum dilabantur, nisi scripti memoria roborentur, Noscant igitur præsentis, percipiant futuri, quod nos vendidimus tantum de terra nostra, de quanto recipi solent sex librarum redditus annuatim, dilecto nostro Wilhelmo de Bole Presbitero Capellano in Wiltenburch præsentium conservatori pro certa pecuniæ quantitate, & nobis per dictum Wilhelmum numerata, de qua terra quatuor librarum redditus tantummodo recipiet annuatim, quæ terra sita est in Wercunde inter terram Dominorum de sancto Johanne ex una parte, & inter terram Henrici Clotinghe ex altera, & dictos redditus recipiet dictus Wilhelmus ex illa parte terræ nostræ prædictæ, quæ sita est ad latus terræ dictorum Dominorum de sancto Johanne, cujus terræ proprietatem eidem Wilhelmo nos una cum manu Hildegundis uxoris nostræ libere dedimus & resignavimus in judicio seculari de Wercunde in præsentia Sculteti & vicinorum dicti loci & aliis fide dignis. Interfuerunt etiam huic contractui Domina de Wiltenborch mater nostra, Henricus Splinter, & Henricus de Wede cognatus noster. Et ut præmissa rata maneat atque firma præsentem litteram sigillo nostro & sigillis Commendatoris sanctæ Katerinæ & Commendatoris fratrum Theutonicorum & Dominae de Wiltenborch prædictæ matris nostræ prædicto Wilhelmo tradidimus sigillatam. Datum anno Domini M. C. C. LXXX. octavo feria sexta ante Victoris. Forsan Wiltenburch quod ibi castrum, non a Wiltis exstructum, sed a Wiltis destructum. Nam quod exstructum a Romanis satis patet ex nummis magno numero inventis ibi tam argenteis quam æreis. Vidi eos & inspexi apud virum Consultissimum Jacobum van Dam Curia olim Provincialis Senatorem gravissimum, cujus jam illud prædium, ubi castrum id olim sitam. Vidit etiam Buchelius, ut ad Hedam in notis testatur p. 7. lit. c. & p. 14. lit. b. Romani omnes sunt, nulli barbari. Veteres omnes primorum Cesarum, nec ullus qui excedat Lucii*

* *

Veri

Veri atatem. Galeam etiam tum vidi, dum castri ejus fundamenta fabri altius moluntur, cum urnis aliquot effossam ibi, forma plane iis similem, cujusmodi passim plures in columna Trajani. Et hoc est quod volui. Tu qui legis hac, quisquis es, dum aliud quid a me prodeat, & prodibit brevi Auctor, quem promissi me editurum, his utere fructu. Vale & Vive diu. Lugduni in Batavis Ann. Christi Servatoris M. D C. LXXXIX. Idib. Majis.

Jam his prolo expressis, cum viderem nonnihil vacui, volui obiter adhuc addere, quod infra excidit festinanti. Cæsi olim corpus dixi terræ non mandatum, nisi de homicida aut de aliquo ex propinquis prius sumpta vindicta. Meminit etiam moris Thomas Cantipratanus, Auctor qui jam clarus Ann. Domini 1231. sublatum dicens a quodam Frisio Dodone de Hascha, quem qui Antverpiæ edunt Sanctorum Acta, Sanctis etiam adscribunt tom. 3. SS. Martii. Locus autem insignis est, qui omitti non debuit lib. 2. apud cap. 1. n. 15. Ab antiquissimo, inquit, tempore in consuetudinem immanissimam hac habebant Frisones, ut occiso homine unius cognationis ab altera, occisum corpus non sepeliebatur a suis, sed suspensum in loculo servabatur, & deficcabatur in domo, quousque ex cognatione contraria in vindictam occisi, plures vel saltem unum adversa cognatio, pro morte vicaria, trucidaret, & tunc primum mortuum suum sepultura debita cum magna solemnitate tradebat. Hunc crudelissimum & inauditum morem dictus frater in illa gente removit &c.

ELENCHUS

ELENCHUS CAPITUM.

C A P. I. **Q**uid jus gladii. Quid merum, quid mixtum imperium. Cur merum, cur mixtum. Mixtum & jurisdictio an distincta & separata. An distincta etiam merum & jurisdictio criminalis. Quid notio, Quid jurisdictio. 1

II. Qua in re merum imperium consistat. Carcer & tormenta an meri imperii. Quid nervus. Quid sartago. Quid compedes. Varia pœnarum genera, Inter sententiam & ejus executionem quantum temporis intercedat. Quid cinerum supplicium. Rota aut crurifragium an recens inventum. Cincti iudices, discincti. Qui civiliter moriantur. Servi pœnæ. Metallum ubi effodiendum. Tonsura an pœna capitis. 4

III. Aquæ & ignis interdictio, deportatio, relegatio an meri imperii. Relegatio an pœna capitis, & Exul hodie adhuc an bona an civitatem amittat. An Duumvirus jus virgarum. Jus virgarum & fustigatio utrum meri imperii. An membri mutilatio, an excœcatio &c. Inter virgas & flagella an & quodnam discrimen. Membri truncatio & excœcatio quam olim frequens. Modus aliquem excœcandi. Quid in usu jam apud nos. 16

IV. Quinam habeant jus gladii. An Præfectus prætorio, Præfectus vigillum, Præfectus urbi. An Proconsul, an Præses, an Prætor, Dictator, Consul, & Quæ horum potestas. Quando Consules Romanorum creari desierint. Consul vox homonyma. Consules proceres etiam dicti. Etiam Principes, Comites. Senator dictus etiam Consul, & contra vir illustris & qui Romanis oriundus etiam dictus Senator. Augusta etiam Consul. Jus gladii cum datum non semper datum id univrsum. Etiam pars tantum data. 24

V. Hodie quinam habeant, & an possit mandari. An donari, an vendi, an locari, an obligari, an in feudum dari, in emphyteusim. Vignius refutatur. 33

VI. An habeant pinguis jus quam qui olim, qui jam habent jus gladii. An simul media jurisdictio iis. An habeant jus venandi, an proponendi edicta, an imponendi tributa, an verbi divini ministrum constituendi. An jus crimen indulgendi. An jus reum in suo captum per alterius territorium mittendi in carcerem. An qualvis causas cognoscendi jus. An quæ spectant rem venaticam. An quæ publicam securitatem. An quæ tributa aut vestigalia. De his quinam cognoscant. 40

VII. An ei quem agnoscit Toparcha superiorem liceat reum capere in Toparchæ territorio. An quem agnoscit superiorem aut præfidiarios ejus milites

ELENCHUS CAPITUM.

- milites invitus debeat admittere etiam in castrum quod habet. 54
- VIII. De Præposito S. Joannis. Quæ ejusdem potestas. An Regalia etiam data. An immunitas a tributis. Territorii amplitudo. Visitatio ecclesiarum. A quibus facta. Quo sumptu. De ecclesiis exemptis. Unde exemptæ & a quo. Alodiarii S. Petri. Circatus. Ferton. Mandata. Cappa aquilifera. An jus episcopo Trajectino visitandi Canonicos. Archidiaconi olim jus. De castro quod Mydrehti. Præpositum quis creet & ex bonis Præposituræ an vendere ei quicquam liceat. 60
- IX. De Præpositis ecclesiarum S. Martini & S. Salvatoris. De Domino de Dijkvelt, Rateles &c. An & ei jus gladii. An non usu id amissum. Domini de Weede oriundi gente antiquissima Dominorum de Amersfoort. Amisfurtum quando urbs. Villa olim seu prædium Dominorum de Amersfoort. De castro de Stoutenburch. 105
- X. De quodam prædio in Polsbroeck ubi alta jurisdictio ecclesiæ S. Mariæ. 119
- XI. De Domino de Montfoort. An & quando & a quo jus gladii ei datum. Non pauca hic hætenus nondum nota. 120
- XII. De Toparchis de Hagesteyn. Hagesteyn olim urbs. Pars adhuc diocesis. Insignia Hollandica & quæ ipsorum origo. Comiti Culenburgico an jus in Lecca piscandi. Distracto castro de Hagesteyn quid in eum translatum. 175
- XIII. De Toparcha de Amerongen. Hemur-Enge. Proprætor Amerongæ. Feudum olim Hollandicum. Divisa ditio in duas partes. 214
- XIV. De magistratu Trajectensi ut Toparcha de Vreeswijck, seu ut vulgo de Vaert. De Lecca ducta ad urbis mœnia & quando id primum factum. Gildenburch munimentum & quæ ejusdem fortuna. Quæ Vreesvici seu de Vaert. De ejusdem Præfecto & quodnam ibi ejus jus. Alibi rei capti an per alterius territorium in carcerem possint mitti. 230
- XV. De Toparcha de Langerack. Feudum siquod situm in aliena Provincia an Provinciæ illius Domini potestati exemptum. 264
- XVI. De Toparcha de Zuylesteyn, de Leerfum &c. 275
- XVII. De Toparcha de Vrelandt. Vrelandt olim urbs. Varia arcis fortuna. 284
- XVIII. De Toparcha de Oudegein. Discrimen inter ipsum & Toparcham de Vrelandt. Ganum olim urbs. Portorium ibi olim. Etiam jus gladii. 302
- XIX. De Principe Auriaco ut Toparcha de Baern, ter Eem, Soest, & Em-

ELENCHUS CAPITUM.

- & Emmenes. Baern olim urbs. Etiam Emmenese. Municipale ejus jus. Sigillum quo olim usa. Ter Eem etiam urbs. Sagittarii Soestenses. 303
- XX. De Toparcha de Rynswoude. 336
- XXI. De Domino de Odijck ut Toparcha de Seyft. Seyft & Odijck antiquissimi pagi. Antiquissima etiam stirps Dominorum de Seyft, de Odijck, & Beverweert. Nobile aliquod prædium olim flammis deletum sine Ordinum consensu an possit restitui. Coninxvry unde dictum. 340
- XXII. De Comite Culenburgico. Culenburgum Teisterbantia. Teisterbantia diœcesis pars. Unde id ita dictum. Florentii Comitum inauguratio. De Bosinchemo, Honsvico, Schalvico &c.
- XXIII. De Dominis de Vianen. Lecca diœcesis & diœcesis ex asse. Culenburgiis a portorio olim data immunitas. Comites, Advocati, Burggravii Trajectenses. An Ultrajecti Brederodio olim aliquod territorium. An Burggravius hereditarius. Ubi de Borchbrugge. Platea ubi suburbana. Idem Comes & Castellanus. Idem etiam Vicecomes, Burggravius &c. 374
- XXIV. De Dominis de Gaesbeeck, de Wijck, & Abcoude. Ubi Batavodorum. De Antonio Burgundo. 400
- XXV. De Dominis de Nyenrode. De Dominis de Amstel, de Woerden, de Yselfteyn. Quicquid olim ad Vechtam, Vefopum, Muda, & multa alia diœcesis ex asse. Etiam olim Woerda. Etiam Isulstadium. Ab ea quando distracta hæc. Amstelii ditio quam ingens. Varia olim fortuna opidi de Yselfteyn. 419
- XXVI. De Toparcha de Jaersvelt. 447
- XXVII. De Dominis de Zuylen. De Domino de Tienhoven. Stavenisse, Rynhuysen &c. Libræ valor olim varius. Solidus. Florenus. Placca. 448
- XXVIII. Majori olim ecclesiæ jus gladii Groningæ. Cui olim Co-vordiz. 457
- XXIX. Cui alta jurisdictio an & mediam semper habeat. Quis jus gladii exercuerit, cum nondum in diœcesi Toparchæ, quibus datum id. Scabini qui Ultrajecti an suo jure id exercuerint an Antistitis nomine. 461
- XXX. Episcopo an ubique per diœcesim jus gladii. In Hollandia ei quodnam jus. Quodnam in Zelandia, in Gelria &c. In Twentia, in Salslandia liber Comes, Frygravius &c. An & alibi in diœcesi Veem-gerichte, Veemschepens. Jus non dictum de cæde, nisi corpus cæsi a propinquis ad tribunal adductum. Utrum dictum nec ne, si non existeret accusator. Per se semper an episcopus in causa sanguinis judicavit. Marscalci an iudices. Eorum

ELENCHUS CAPITUM.

Eorū quodnam officium. Qui episcopi Assessores. An semper is condemnarit instituto processu. De Antonio Venrodio. De Godefredo Cunterorio. An in prima etiam instantia episcopus olim iudex. An incausa criminali. In cives quodnam ei jus. De Provinciali iudicio. t'Recht van der Schive. A quo, quando, & quo casu ad Antistitem appellatum. A Cæsare reformatum Provinciale iudicium. Quodnam in diocesi tribunal feudale, & Quis iudices, Assessores. Ab Antistite an ad Cæsarem provocatio etiam facta. 466

XXXI. De Advocato ecclesiæ. An quinque ecclesiis Ultrajecti an clero jus gladii. An in episcopum potestas. Canonicorum quis iudex. Studium pœnale. Excommunicatio & quæ olim ejus vis. Quo ritu olim facta. An ex causa civili. An ob debita non soluta. Libelmeysters. Interdicti quæ vis. 498

XXXII. An Chomarchis jus gladii. An & mixtum imperium. Vocis Heemraedt origo. Eiusdem juramentum. T'Gerecht ten Sevene. A Chomarchis quis appelletur. An idem Dijckgraeff & Watergraeff. Quid flumen retare. Qua formula curatio olim molium concessa. 515

XXXIII. De re venatica quis cognoscat. An cognoscenti jus gladii. Quinam habeant jus venandi. Quinam reos capiendi, accusandi &c. Quis primus in diocesi venationum Præfectus, & quando is institutus. In Hollandia item quando. Venatio an res servilis an heroica & illustis. 528

XXXIV. De militari iudicio. Quæ ejusdem potestas. Quæ jurisdictio Ultrajecti. 552

XXXV. An Curia Provinciali an Ordinibus etiam ipsis Ultrajecti ullum jus. An in urbis suburbiis. Quousque hæc se extendant. Curia Provincialis an magistratu superior. An jus ei & territorium in Toparchæ illius terris, cui datum jus gladii. An in prima instantia coram Curia Provinciali conveniendi qui subjecti ei. An passim & indistincte & in quavis etiam causa. An in delictis & si commissum quid in magistratus injuriam. An detur tum appellatio a magistratu ad Curiam. An si statuat quid magistratus, quod Urbem, seu ejus statum, aut politiam concernit. An cives, incolæ, absolute in magistratus potestate. Ipsi etiam magistratui an merum imperium. An jus majestatis. An de crimine majestatis Stabini etiam dicant jus. An Toparchæ etiam dicant, quibus gladii jus datum. Quo casu Curia Provinciali jurisdictio in cives. An possint duci facinorosi per alterius territorium. An remissio usitata vel ad locum domicilii vel ad locum contractus. De literis mutui compassus. Qui Ultrajecti non habet forum an & quo casu ibi possit conveniri. Remissio quando necessaria, & quid

ELENCHUS CAPITUM.

& quid si alibi reus captus alibi priusquam captus jam inquisitio, informatio, & citatio præcessit. Studiosorum privilegium. Sententia Curia Provincialis an Ultrajecti aut in suburbiis mandari executioni possit. Edicta Ordinum an publicata ibi magistratu invito. An a Curia Provinciali possit auctio ibi fieri, subhastatio, citatio, inquisitio &c. Clerus olim an magistratui subjectus nec ne.

XXXVI. An reliqua oppida in diœcesi idem habeant jus quod habet urbs Ultrajectum. De atroci etiam crimine an possint cognoscere. Proscribit Curia Provincialis diœcesi non tantum, sed Hollandia etiam & Zelandia. Toto Belgio foederato etiam urbs Ultrajectum.

XXXVII. In quos jus gladii exerceatur. In homines an in bestias. An in homines tantum vivos. An tantum in sceleratos. An etiam in obceratos, in mendicos, in vagabundos, in pios, in innocentes, in hæreticos poenitentes. An in res inanimatas. De campanis nonnulla.

XXXVIII. Cui jus accusandi. Modus, formula procedendi. Cæsi olim corpus ad tribunal adductum. Nec aliter sepultum, quam propinquis satisfactum. Crimen ipsum an extinctum, postquam his satisfactum. Ultio an olim licita. Etiam inviti ad transigendum impulsus. Hodie an quis capi possit, si inquisitio non præcessit. An captus præstita cautione possit rursus dimitti. Quodnam flagrans delictum. An in causa criminali admittatur procurator. Torturæ an semper locus. An nisi in confessum non pronuncietur sententia. An scribenda sententia. An ex scripto pronuntianda. An ratio inferenda. An statim postquam pronuntiata executio sequatur. Ubi sumptum supplicium. Toga, juramentum, salarium carnificis. Trajecti iudices epulati olim sumpto supplicio.

XXXIX. An cui jus gladii etiam jus confiscandi. Qua ex causa, ob quod crimen, confiscatio jam fiat. De bonis confiscati in diversis provinciis. De conjugis ejus bonis. De liberorum legitima. De usu, de usufructu, de fideicommissis subjectis. De ære ejus alieno. An possit redimi confiscatio. Sententiam passis & restitutis si restituta etiam bona an restitutio etiam ei proficiat, qui cum fisco interim transigit.

XL. An in causa criminali appellatio habeat locum. An locum habeat a Toparcha, qui exercet jus gladii. An cum actum civiliter appellari ab eo possit. An si statuat quid, quod spectat ad regimen territorii, ad statum, ad politiam. An in Comitibus Ultrajecti locum semper habeat votorum pluralitas, ut & alia nonnulla.

XLI. An crimen morte extinguatur. An Princeps tantum remittat id.

An

ELENCHUS CAPITUM.

An etiam urbs Ultrajectum. Quem exulem iussit urbs esse an Prinipi reducendi jus magistratu invito. An reducendi eum jus ipsius læto introitu. Hodie quodnam jus jam exerceat Gubernator. Landtwinningh quid. Ut remissio impetretur, an necesse ut cum propinquis præcedat transactio. Cui insinuanda hæc & intra quod tempus. An simpliciter insinuetur, an necesse ut præcedat prius causæ cognitio, & qua in re hæc consistat. Quando locus cautioni. Submissio & remissio quomodo inter se differant. Remissio a quo petenda si cædes alibi patrata alibi reus habitet. Præscriptio etiam temporis an crimen extinguat.

686

D E

DE
JURE GLADII
TRACTATUS

Seu de
MERO IMPERIO

Et de
Toparchis qui exercent id in Diœcesi Ultra-
jectina.

CAPUT I.

1. Quid jus gladii. Quid merum, quid mixtum imperium. 2. Cur merum. Cur mixtum. 3. Mixtum & jurisdictio an distincta & separata. 4. An distincta etiam merum & jurisdictio criminalis. 5. Quid notio. Quid jurisdictio.

Unum & idem sunt merum imperium, jus gladii, publici judicii exercitio, & jurisdictio criminalis l. 3. ff. de jurisd. l. 1. pr. ff. de offic. ej. c. mand. e. jurisd. Scio sunt qui distinguunt. Quibus merum imperium & jurisdictio criminalis distincta & diversa sunt. Vinn. tr. de jurisd. & imp. cap. 2. n. 2. Verum perperam, ut puto, l. 7. §. ult. ff. de offic. procons. ubi datur Proconsuli plenissima jurisdictio. *Plenissima*, id est, utraque & civilis & criminalis. Nec satis expedit se Vinnius, dum dicit, *plenissima*, id est, civilis plenissima. Diserte enim in l. 1. pr. ff. de offic. ej. c. mand. e. jurisd. Et ideo videntur errare magistratus, qui cum publici judicii habeant exercitationem lege vel Senatusconsulto delegatam, veluti Legis Julia de adulteriis, & siqua sunt alia similes, jurisditionem suam mandant. Quam jurisditionem quaeso? Civilem an criminalem? An de civili ibi quaestio? Et an non diserte ibi jus gladii *jurisdictio*? Vulgo alta jurisdictio. *Hals- heerlicheyt, Hooge Heerlicheyt*. Alta item justitia. Nam & idem hæc quod jurisdictio. Acta Visitationis provinciarum Burdegalensis & Bituricensis ab Ann. 1284. usque ad Ann. 1291. apud Baluz. lib. 4. miscell.

A

DE JURE GLADII

miscell. p. 377. Quod contentio erat inter Priorem & Capitulum ex parte una & Dominum de Gordonio ex altera super justitia villa de Vicano. Charta apud d'Achery ad Guibert. in not. p. 604. Nihilque omnino sibi retinuit in villa, nec justitiam, nec sanguinem, nec latronem, nec taliam, nec forisfactum. Charta apud Hed. hist. Ultraj. p. 234. Habet jurisdictionem temporalem altam, qua Hooch-gerichte vulgariter nuncupatur. Charta apud Miræ. 1 don. Belg. 108. Quicquid habet apud Hopdorpe &c. cum omni justitia alta & bassa. Ausonios enses vocat Statius Papinius, Ausonii munia ferri. Lucanus jus ferri. Seneca etiam ferrum lib. 1. de ira cap. ult. Merum dicitur imperium bis tantum in jure. Semel in l. 1. §. 1. ff. de offic. ej. c. mand. e. jurisd & iterum in l. 3. ff. de jurisd. Cujac. ad l. 1. ff. de jurisd.

2. Merum autem quod purum sit, quod ab omni jurisdictione, quæ magistratui competit qua magistratui, scilicet simplici & ordinaria, secretum sit & distinctum. Unde & mixto seu ei, quod non est merum opponitur. *d. l. 1. §. 1.* Nam huic inest jurisdicção hæc, simplex scilicet & ordinaria. Et sic Juriscons. in *d. l. 3. Mixtum est imperium, cui etiam jurisdicção inest*, id est, quod jurisdictioni inest. *Inest*, id est, cohæret. Vocum hæc transpositio est Itæ familiaris. Cujac. ad *l. 24. ff. de verb. sign.* Nec his tantum sed & aliis. Nam & medicis nihil interest inter *infirmam valetudinem & valetudinis infirmitatem.* Cuj. ad *l. 178. ff. eod.* Mixto certe non cohæret aut subservit jurisdicção, sed id jurisdictioni subservit, cohæret. Bachov. ad τὰ πρῶτα p. 388. Et ideo *mixtum*, quod subservit, quod cohæret &c. non autem quod sic mixtum; ut separari non possit. Certe enim distincta hæc.

3. Aliud mixtum imperium. Aliud jurisdicção. Mixtum imperium est modica coercitio, qua jurisdicção defenditur, & quod per eam sancitum est executioni mandatur. Bachov. *d. comm. p. 384.* Jurisdicção est potestas cognoscendi, judicandi, & exequendi rem judicatam. Potestas exequendi est jurisdicçãois. Ipsa autem executio est mixti imperii. Qui exequitur sententiam, qui mandat executioni, exercet mixtum imperium. Jurisdicçãoem, qui cognoscit, qui sententiam fert, qui sententiam quam tulit potest exequi, si necesse sit. Sed non semper necesse est. Quid si pareat enim victus, si satisfaciat, si solvat? Diff. Govean. ad *l. 3. ff. de jurisd.* Merum ergo imperium, cur merum jam patet, non scilicet quod distincta ab eo omnis jurisdicção, aut quod nihil jurisdicção cum eo habeat commune, sed quod distincta ab eo simplex & ordinaria jurisdicção, jurisdicção quæ magistratui ut magistratui competit. Duar. ad *d. l. 3. & 1. disp. annivers. 53.* Govean. ad *d. l. 3. n. 10.* Perez. ad *tit. C. de jurisd. n. 19.* Donell. *17. comm. 8. p. 968.* Ab ea purum jus gladii. Purum dicitur id, cui nihil admixtura.

mixtum. Ut *purus* dicitur locus, in quo nemo adhuc sepultus §. 9. *Inst. de ver. div. pura* dicitur charta, in qua nemo adhuc scripsit, *pura* item lanx, quæ cœlata non est, *pura* obligatio, quæ nec diem nec conditionem habet, *pura* substantia, in qua deductum æs alienum, *purum* iudicium, cui nulla addita est exceptio. Sic *pura* etiam scuta, *pura* mantelia, vexilla &c. apud Virgilium, Spartianum, Vopiscum. Ziegler. *tr. de cleric. renit. n. 36.* Jus gladii iurisdictio est. Sed legitima iurisdictio, quæ nulli competit, nisi ei, cui lege est concessa. *d. l. 1. pr. ff. de offic. ej. c. mand.* Iurisdictio exercetur cum magistratus jus dicit. Atqui etiam jus dicit cum cognoscit de crimine. *l. 2. §. 43. ff. de orig. jur. l. 1. §. initio ff. de offic. pref. urb.* An non quæso consistit hæc in cognoscendo, in iudicando, in exequendi potestate? Et an non in his etiam merum imperium? Et potestas imperii est merum imperium *l. 1. C. Qu. ad lib. non poss. perv. Amesc. de pot. in se ips. cap. 15. n. 2.* Et cognitio etiam diserte in *l. 6. pr. ff. de off. proc. Bachov. ibid. ad d. l. 6.* Executio etiam, sed non sola. Pars hæc tantum, ut cognitio, ut pronuntiatio sententiæ, *d. l. 6. pr. l. un. C. de offic. proc. & leg.* Nec qui gladio animadvertit, sed qui jubet animadverti consideretur necesse est. Consideratur tantum carnifex, ut instrumentum, ut ferrum. Nec ei gladii potestas. Nam nec causæ cognitio ei, Magistratui hæc tantum competit. Potestas quidem tantum dicitur in *d. l. 8.* sed hæc causæ cognitionem includit, non excludit. Merum ergo imperium, si quæretur definitio, seu iurisdictio criminalis (perinde est utrum dicas) est de causis criminalibus cognoscendi, iudicandi, iudicatumque exequendi potestas. Etiam notio potest dici, scilicet notio de crimine, cum iudicati exequendi facultate conjuncta. Gladii dicitur potestas ad animadvertendum in homines facinorosos in *d. l. 3.* Coercendorum facinororum potestas in *l. 1. C. Qu. ad lib. per. non poss.* Sic varia est definitio. Sed discrimen in verbis est. In re ipsa non item. Dixi *notio de crimine.* Notio est genus. Ejus species autem duæ. Notio in specie & iurisdictio, *l. 5. pr. ff. de re jud. l. 99. ff. de verb. sign.* Notio in genere est causas cognoscendi iudicandique potestas. Notio in specie est causas cognoscendi iudicandique potestas sola & nuda. Dico *sola & nuda*, quia quoties est facultas exequendi etiam sententiam iurisdictio est non notio, *l. 5. pr. ff. de re jud. Tacit. lib. 3. annual. Tiberius dilata notione de jure Flamini decretas ob tribunitiam Drusi potestatem carimonias temperavit.* Quod ad causas criminales: notionem in specie soli habent de reis criminum legati Proconsulum, *l. 6. pr. ff. de off. proc.* De causis civilibus habent iudices pedanei, episcopi, arbitri, *l. 15. pr. ff. de re jud. l. 8. l. 25. C. de episc. aud. l. ult. C. ub. & ap. qu. rest. in integr.* Et hi plus etiam ha-

4.

5.

bent quam Legati Proconsulum. Nam non tantum cognoscere possunt, sed pronunciare etiam sententiam, *d. l. 15. pr. l. 55. ff. eod. d. l. 8.* cum legati Proconsulum, quantum scilicet ad crimen, cognoscant tantum, non pronuntiant, *d. l. 6. pr. d. l. un. Cujac. par. C. de pedan. jud. & comm. ad l. 1. ff. de jurisd.* Duar. 1. *diff. anniv. 53.* Alciat. & Brech. *ad l. 99. ff. de verb. sign.* Rittersh. *ad nov. part. 9. cap. 6. n. 4.* Pac. *Isagog. C. de jurisd.* Gudelin. *de jur. noviss. lib. 4. cap. 11. n. 1.* Donell. *17. comm. 6.*

CAPUT II.

1. *Qua in re merum imperium consistat.* 2. *Carcer & tormenta an meri imperii.* 3. *Quid nervus. Quid sartago. Quid compedes.* 4. *Varia pœnarum genera.* 10. *Inter sententiam & ejus executionem quantum temporis intercedat.* 7. *Quid cinerum supplicium.* 5. *Rota aut curisragium an recens inventum.* 6. *Cincti judices. Discincti.* 13. *Qui civiliter moriantur.* 9. *Servi pœna.* 10. *Metallici.* 11. *Metallum ubi effodiendum.* 12. *Tonsura an pena capitis.*

1. **G**ladii dicitur potestas, non quod consistat in gladii tantum exercitio, sed gladii *πρωτότης* & exempli tantum causa. Gladii verbo denotatur hic quævis gravior coercitio. Nec ad rem facit, si objicias *l. 8. §. 1. ff. de pœn.* Nam hæc ad Præfides tantum pertinet, qui summo quidem supplicio animadvertere in reum possunt, sed gladio tantum, non securi, vel fusti, vel telo, vel veneno, vel laqueo. Merum habent imperium, sed non omnes ejus partes. Jus dandi in metallum habent, *l. 6. §. 8. ff. de off. præf.* Deportandi non habent *l. 2. §. 1. ff. de pœn.* Lex merum imperium dat, & dat expresse & nominatim, *l. 1. pr. ff. de off. ej. c. mand. e. jurisd.* Nec necesse ut cui dat indistincte id universum det. Potest partes concedere, ut audientiam, verbi gratia, legatis Proconsulum *d. l. 6. pr.* audientiam Prætori, si dominus a familia occisus dicatur, Præfecto vigillum jus gladii, jus summi etiam supplicii, sed in servos tantum fures, *l. 15. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec.* Jus gladii alioquin cum datur, nec lex id circumscribat, indistincte id datur & in quosvis, sic ut omnes etiam complectatur ejus gradus aut partes. Tormenta etiam & carceres. Sulpit. Sever. *dial. 3. n. 15.* *Illæ præcipue cura, ne tribuni cum jure gladiatorum ad Hispanias mitterentur.* Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Secundulum vero Deus maturiore exitu de seculo adhuc in carcere evocavit: non suâ gratia ut bestias lucraretur, gladium tamen etsi non anima certe caro ejus agnovit.* Sed carceres improprie & quatenus reos continent, qui in nervo, in compedibus. Nam proprie carcer

cer non est pœna, l. 8. §. 9. ff. de pœn. cum ex causa civili etiam carceri mancipentur, qui non habent, quod solvant, l. 1. C. Qu. bon. ced. poss. Excipiuntur tamen casus, l. 1. §. ult. ff. de aleat. l. 3. §. 9. ff. de susp. tut. l. 28. §. ad statuas ff. de pœn. Sed casus, ad quos gladii vox extendi vix potest. Casus quibus reus ad tempus tantum includitur, quibus modice coercetur potius, quam graviter castigatur. Ad tempus dico. Nam secus est, si sit carcer perpetuus, quem olim interdum vetitum, interdum etiam admissum, mores passim, dum sequuntur hic jus Canonicum, jam admittunt, l. 35. ff. de pœn. l. incredibilis 6. l. omnes 23. C. eod. l. 6. §. eius ff. de inj. rupt. irr. test. c. his a quibus 23. qu. 1. c. quamvis ext. de pœn. in 6. Cicer. 4. in Catilin. Vincula vero & ea sempiterna certe ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt. Ivo Carnotens. epist. 162. Et depositum perpetuo carcere damnetis, aut in aeternum exilium detrudatis. Cuj. 6. obs. 36. & 13. obs. 34. & ad l. 216. ff. de verb. sign. Gail. 1. obs. 26. n. 7. Bachov. ad Treuil. 2. disp. 37. th. 4. lit. D. Clar. §. fin. qu. 70. n. 4. Altesserr. ad cap. ut fama tua ext. de sent. excomm.

Qui in nervo dixi, in compedibus. Nervus ἔσλον erat, lignum, distinctum pluribus foraminibus, quod inclusos vincitorum pedes aut distantioribus intervallis aut vicinis ita concludebat, ut loco se movere sedentes humi non possent. Compedes pedicæ erant ferreæ; quæ cætena, quæ vinculis, vel arctius vel laxius pedes ita cohibebant, ut non tantum insistere iis, sed & gradum promovere & incedere utcunque posses. Coniungunt sæpius, ut apud Livium lib. 8. Nequis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam luisset, in compedibus aut in nervo teneretur. Cato apud Gellium lib. 11. cap. 18. Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt. Add. eund. lib. 20. cap. 1. Divaricatio vero pedum per plura foramina, quæ vel tria, vel quatuor, vel quinque etiam in nervo, tormentum & pœna erat, & satis quidem gravis, ut non difficile est cogitari, etiam ante supplicium. Foramina etiam puncta. Nervus, cippus, ποδοκίχη. Prudentius:

Lignoque pedes inserit
Divaricatis cruribus.

Passio Chrystanti & Datiz: Tunc irati milites mistant eum in cippo novo & nodosissimo, ita ut in tertio puncto tibias coartarent. Igitur cum starent ante eum, & insultarent ei, ita putrefactum lignum totius cippi, ut in cinerem converteretur. Euseb. lib. 5. hist. cap. 1. Ἐτέρας μηχανάς ὁ διάβολος ἐπέποιετο καὶ τῷ αἰματιῷ ἐν τῷ σκήτι καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χρόνῳ συγκαίοντι καὶ τὰς ἐν τῷ

Add. l. un. C. Th. *sq. sol. circ. exterior. incid.* Zosim. lib. 1. *hif.* Pet. Fab. 2. *Semestr.* Etiam hæretici. Chron. Autissiod. ad Ann. MCCXII. *Et iudicati hæretici exponuntur publica potestati, ex quibus decem traduntur incendio, reliqui quatuor murali reclusionē damnantur.*

Rota aut crurifragium recens inventum est, & quod Galli, ut Langlæus scribit 10. *Semestr.* 3. a Germanis mutuati. Meminit quidem rotæ Aristoph. in Pluro: *ἔπειθ' ἔροχθ' γὰρ θεὸς ἐξέειπε σπαρδύμενοι εἰπέν τ' ἀπικυύεργικας, Rota te illic torqueri necesse est, ut exculpatur, quod perperam fecisti.* Sed ad tormentum id pertinet, non ad pœnam, ut quod Plutarchus in Nicia tonforem rotæ alligatum torqueri amplius cœpisse ait. Tormentum non supplicium sed quæstio appellatur l. 1. l. *pen. & t. tit. ff. de quæst.* Tertullian. in *Apolog.* *Civilis non tyrannica dominatio vestra est. Apud tyrannos tormenta etiam pro poena adhibentur, apud vos soli quæstioni temperatur.* Quintil. lib. 5. *Inst. orat. cap. 4.* Cujac. ad l. 216 *ff. de verb. sign. & 14. obs. 34. & 3. obs. 28.* Adduxit tamen loca hæc etiam Cælius Rhodiginus lib. 10. *antiq. lect. cap. 5.* ut probet eos falli, qui putant id supplicium antiquum non esse. Et cum omnia considero sententiam ejus ut veriore elaudandam etiam puto. Perperam enim Langlæus putat recens inventum, quod jam antiquitus non Germanis tantum sed & Gallis usitatum. Greg. Turonens. lib. 5. *cap. 19.* *Grindionem quoque intextum rota in sublime sustulerunt.* Idem lib. 6. *hif. cap. 33.* *Tunc regina tormentis gravioribus mulieribus adfectis alias necat, alias incendio tradit, alias rotæ ossibus confractis invertit.* Aimoin. lib. 5. *hif. cap. 50.* *Nequissimus Barchardus consensu sociorum fuga elapsus, Flandriam exire volens, nec valens, sola iniquitate propria prohibente, infirmitate propria reversus, & interceptus regis imperio, exquisito mortis genere alta rota superligatus, corvorum & aliorum rapacitati expositus, desuper oculis defossus, & tota facie dilaceratus, inferius sagittis, & lanceis, & jaculis millies perforatus, miserrime interfectus in cloacam projectus est.* Et forsan etiam jam Græcis. Apulej. *metamorph. lib. 1.* *Nec mota cum ritu Gracienfis ignis, & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* Vid. Cuj. d. lib. 3. *obs. cap. 28.* Nam utut referas ad torturam hæc, constat tamen quod in pœnam transierunt lapsu temporis & instrumenta torturæ. Mornac. ad l. 1. C. *Qu. un. lic. se fin. jud.* Certe & crurifragium non ignotum Romanis. Sueton. in August. *cap. 67.* *Thallo a manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura suffregit.*

Contra vivos defodere antiquissimi instituti est. Et de eo nemo dubitat. Cum iis actum sic a Pontificiis, quos dicebant hæreticos. Cum Vestalibus a Romanis, si corpus prostitissent Tarquinium Priscum excogitasse id
Diony-

8 DE JURE GLADII

Dionysius Halicarnassensis scribit lib. 3. cap. 13: Ille etiam primus, inquit, fertur excogitasse supplicii genus, quo a Pontificibus afficiuntur ea, que virginitatem violant, idque sive aliqua ratione adductus, sive ut nonnulli putant somniis patens, quod post ejus obitum in Sybillinis oraculis pontifices a se repertum asserunt. Add. eund. lib. 2. cap. 8. & Plutarch. in Numma cap. 19. Sed & idem indistincte apud Persas usitatum. Ctesias apud Photium: ἡ δὲ Παρυσάτις τὴν τιμητέραν τῆ περὶ τυχμέω, ἢ τὰς ἀδελφούς Μητρῶσιν, ἢ Ἡλικῶν, καὶ τὰς ἀδελφὰς δύο ὄνομα, χροίσι τὰς Σταταίρας, ζῶσιν ἐκείλδοι κατὰ χάσιν, τὴν δὲ Ρωξάνην ζῶσιν κατὰ τρεῖς. At Parysatis matrem Terituchma, fratresque Metrosten atque Helicum, sorores item duas, quas prater Statiram habebat, vivas desodi iussit, & ipsam Roxanen vivam item secari.

Fame aliquem conficere barbarum & inhumanum, & fecit tamen Tiberius supergressus eo ipso tyrannorum sævitiam. Notum satis de Druso Germanici filio. Tacit. lib. 6. annal. Tyranni certe etiam his, quos ablegabant in specus, aut loca sola & deserta, cibi aliquid apponebant, ut apud Sophoclem Creon defossæ Antigone jubet φέρβης πούτων εἰς ἄρας μόνον παρὰ θήρας. Cujac. 14. obs. 34.


Bestiis reos objicere etiam Romanis olim frequens. Bestiis nudi objiciebantur & reticulis inclusi, & ad populi voluptatem jactati diu multumque semianimes referebantur ad spoliarium trucidandi. Unde & illud Martialis: Taurus ut impositas jactat ad alta pilas. Euseb. lib 5. hist. cap. 1. in fin. Κατὰ μετὰ τὰς μάστιγας, μετὰ τὰ θνεία, μετὰ τὸ τήνανον, τοῦχατον εἰς γύρῳδον βληθεῖσα πύρω παραβλήθη, ἢ ἰκανῶς παρεβληθεῖσα πρὸς τὸ ζῶν, μὴ ἢ αἰθῶσιν ἐπὶ τῷ συμβαινόντων ἔχουσα ἐτύθη ἢ αὐτῇ. Denique post flagra, post ferarum vellicationes, post ^a sartagine, reticulo inclusa, tauro objecta est. A quo diu in altum jactata, nihil jam eorum sentiens penitus qua fiebant, tandem & ipsa victima instar jugulata. Idem lib. de martyrib. Palestin. cap. 11. Leonis objectus ac deinde gladio transfixus martyrium consummavit.

Sartago cathedra ferrea hic, aut ut alii craticula, in qua bestiis objiciendi, priusquam objicerentur supposito ei igne collocati & tosti ut ibid. ad Eusebium notavit Valelius.

Grave etiam & horrendum proditoris supplicium. De Tullo Hostilio Florus lib. 1. cap. 3. Ruptorem fœderis Metium Fufetium religatum inter duos currus pernicibus equis distrahit. Quod primum ultimumque supplicium apud Romanos exempli parum memoris inquit Livius lib. 1. hist. legum humanarum fuit, in aliis, inquit, gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse pœnas. Crux, furca, patibulum, serviles pœnæ & infames. Unde & apud Petronium, Ego adhuc servo, inquit illa, nunquam succubui, nec hoc Dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam. Viderint matrona, que flagellorum vestigia osculantur. Ego etiamsi ancilla sum nunquam nisi in equestribus sedeo. Juvenal.

Pone

*Pone crucem servo, meruit quo crimine servus
Supplicium.*

Capitolin. in *Opil. Macrino*: Nam & in crucem milites tulit, & servilibus suppliciis semper affecit. Et hinc *μάλᾳ ἱματινῶς* Cicero etiam lib. 3. in *Verr.* Implorantes jura libertatis & civitatis in crucem sustulit. Idem 5. in *Verr.* Ut quam servis damnatis crucem fixeras hanc indemnatis & civibus Romanis reserbares. Add. *Lactant. lib. 4. cap. 26.* Sed post Christum crucifixum, postquam res in religionem vertit, crucis sustulit supplicium Constantinus Imp. *Sozom. lib. 1. hist. ἀμάλοι τοι κρότες νενομισμένῳ τῷ τωρῶ πμωείαν ἀνὴλο τῷ χριστοῦ τῷ διασημῶν*, Usitatum olim Romanis crucis supplicium ex usu judiciorum sustulit. *Niceph. Callist. lib. 7. hist. cap. 46. Aurel. Victor hist. cap. 41. Pet. Fab. 2. Semest. 8.* Quæ & ratio quod *Tribonianus*, ubi scriptum invenit crucem, mutavit crucem in libris nostris, & pro *crucem* scripsit *furcam*, ut observavit *Cujac. 16. obs. 1.* ejusmodi scilicet furcam, qua fures hodie suspenduntur. *Suspenduntur* dico. Nam alia erat furca, in quam collo injecto damnati trahuntur ad supplicium, e ligno vinculum & laqueus, duplex scilicet lignum, *διπλὴν* vel *διπρῶν*, ut idem ibi observavit, quo media parte collo inserto vineta reorum cervix, hac figura,  *Aurelius Victor: Senatus sententia constitutum, ut more majorum collo in furcam coniecto virgis ad necem caderetur.* *Sueton. More majorum nudi hominis corpus inferi furca, & corpus ad necem cadi.* *Gladii poena honestissima. Honestior etiam quam securis.* *Papinianum enim occidere jussus cum occidisset securi, Gladio, inquit Caracalla, oportuit te exequi jussum meum.* *Flor. lib. 2. cap. 5. Legatos nostros ob ea qua deliquerant jure agentes nec gladio quidem sed ut victimas securi percussimus.* *Liv. lib. 7. cap. 5. Milites Romanos captos Tarquinienfes immolarunt, qua fæditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit.* *Xenophon. 2. ἀναβάσιως: Ἀπορμηθέντες τοῖς κεφαλᾶς ὅσπερ καλλίστην θανάτων ἰδέσκει εἶναι, Præcis gladio capitibus, quod pulcherrimum mortis genus censebatur.* *Lips. ad Tacit. lib. 15. annal.* Ut videtur tamen infrequens adhuc stante republica. *Lucan.*

- - - nondum artis erat caput ense rotare.

Tempore Imperatorum, quo gladius proprius eorum judicum, qui habebant jus gladii, multo usitator. *Sueton. in Caligul. cap. 32. Miles decolandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat.* Add. *Senec. de ira lib. 1. cap. 16. De Plautiano Præfecto Prætorio sub Severo Herodianus:*

B

παρηγορητῆ

παρωρητὸ τι αὐτῷ ξίφος ἢ παντὸς ἀξιώματ' σχῆμα ἔφερε μόνον, *Ensem etiam gestabat ceteraque omnia suprema dignitatis insignia solus.* Licinium Suram Trajanus cum Præfectum faceret Prætorio, τὸ ξίφος ἰ παραζώνουσαι αὐτὸν ἔχρην ἄρξεν, ἐγύμνωσι π αὐτὸ , ἢ ἀνατείνας ἔφη, λάβε τὸτο τὸ ξίφος . ἵνα ἂν μὴ καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμῶ ; ἂν ὅ κακῶς, κατ' ἐμῶ αὐτῷ χρίσει, *gladium quo eum praeiungi oportuit traditurus vagina eduxit, atque ipsi porrigens, Accipe, inquit, hunc gladium, & eo si bene imperavero pro me, sin male in me utaris.* Nymphidius Sabinus ἑπαρχῶ ὄν μετὰ πηλλίνου τ' αὐλῆς una cum Tigellino Præfectus prætorio, ut gladium poneret, id est, magistratu se abdicaret, cujus gladius insigne, collegæ dicitur mandasse, Τριγλίνοφ τῷ συναρχαυτι προστάξειν ἀποδίδουσι τὸ ξίφος , ut est apud Plutarchum in Galba. Vitellius oppressus Romæ a Vespasiani exercitu gladium quo accinctus velut jus vitæ necisque civium reddidit Consuli assidentem, ut est apud Tacitum *lib. 4. hist.* Xiphilinus in Vitellio: τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ἰσάτοις ἢ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ἄρξεν , ὡς ἢ πλὴν ἀντοκράτορα ἀρχῶν διαί αὐτῷ ἀποδοθῆναι, *Gladium in concione Consulibus & aliis Senatoribus præbuit, velut ea ratione imperium depositurus.* Statius Papin. *lib. 5. sylvar. in protreptico ad Crispinum in fin.*

----- referat tibi limen honorum

Cæsar & Ausonii committit munia ferri.

Vade puer, tantisque enixus suffice donis.

Felix qui magno jam nunc sub præside juras,

Cuique sacer primum tradit Germanicus ense.

Add. Sueton. in Vitell. *cap. 15.* Pet. Fabr. *1. Semest. 3.* Freher. ad Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 1.* Proprius dixi eorum iudicum, qui habebant jus gladii. Etiam apud Germanos. Gotfridus Viterbiensis:

Judicii signum gladius monstrare videtur,

Quo malefactorum feritas cessare jubetur

Ut latro frustretur Rex tenet arma secus.

Aimoin. *lib. 4. hist. cap. 30.* Hotomann. in Francogallia *cap. 13.* Camerar. *lib. 1. medit. hist. 76.* Gryphand. de Weichbild. Sax. *2. cap. 67. in fin.* Et hinc cincti iudices, magistratus, qui habent merum imperium, *Discincti*, qui non habent. Gregor. Nazianzen. *epist. 46. ad Africanum:* Καν πλὴν ἀναίμακτον ἄρχη ἀρχῶν καὶ πλὴν μετ' ἔίφους καὶ παραμῶν, *Sive incrementum impe-*

imperium geras, sive cum gladio & cingulo Sidon. Apollinar. lib. 5 epist. 7. *Cinctus jura, discinctis privilegia.* Anaital. Biblioth. in Sylvestro: *Hic constituit, ut nullus clericus propter causam quamlibet in curiam introiret, nec ante judicem cinctum causam diceret, nisi in ecclesia.* Sed non eadem apud omnes honesta & inhonesta. Suspendium apud Sinas & strangulatio apud Tartaros honorificum mortis genus, ut Martinus Martinius scribit de bello Tartarico. Japonii contra gloriosum putant, si in viscera pugionem condant, cum jussu Principis moriendum.

Plura olim supplicia. Sed quid necesse ut enumerem? De scapharum supplicio Plutarch. in Artaxerxe cap. 23. De cinerum Ctesias apud Photium: 7. *καὶ ἀλιευσίαι, καὶ εἰς τὴν σποδὸν ἐμβάδεια.* & mox: *καὶ ἐμβάδεια εἰς τὴν σποδὸν Ἀγρίαι, καὶ Ἀγρίαις.* Species vivicomburii, ut putat Casaubon. epist. 829. Et innuit Ctesias ibid. *καὶ περὶ τῆ θύψαις τὸν παλιεὺς διὰ τῆ πυρὸς παρὰ τὸν νόον,* De eo quoque qui parentem per ignem sepelivit. Sed clarius Valer. Max. lib. 9, cap. 2. *Septum altis parietibus locum cinere completit superpositoque tigno prominente benigne cibo & portione exceptos in eo collocabat, e quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem desidebant.* Organum vocat, quod hic tignum, Auctor libri Macchabæorum 2. cap. 13. *Ἐν δὲ ἐν τῷ τόπῳ πύργῳ περιήκοντα πηχῶν πλάτης σποδῶ. ὅτῳ δὲ ὄργανον ἔχει περιεφέρεις, πάλωθεν δεικνυμένων εἰς τὴν σποδὸν, ἐν τῷ δὲ τὸν ἱεροσουλίας ἱεροχρον ἀπώδεις περσωνδισον εἰς ἄλεθρον.* Add. And. Schott. ad Phot. in marg. De damnato ad cacabum Magn. Chron. Belg. ad Ann. 392. Heda hist. Ultraj. p. 259. Snoyus aliique. De mersione in profundum, de culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, l. 9. ff. de leg. Pomp. §. 6. Inst. de publ. jud. Hortens. lib. 7. hist. in fin. De plumbo in os infuso l. 1. C. Th. de rapt. virg. De pelle judici detracta Herodot. lib. 3. hist. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. in fin. De adulterii pœna apud Saxones Bonifacius epist. ad Ethelbaldum Anglorum regem: *In antiqua Saxoniam ubi nulla Christi cognitio, si virgo in materna domo, vel maritata sub conjuge adulterata sit, manu propria strangulatam cremant, aut cingulo tenuis vestibus abscissis flagellant eam casta matrona, & de villa in villam missa occurrunt nove flagellantes, & cultellis pun-gunt, donec interimant.* De parricida Juvenalis:

*Et deportandum corio bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fati.*

E corio culeus & quidem bubulo. Culeus vasis genus capacissimum. Aug-

gustin. 2. emend. 10. Vett. Glossæ: Culleus ἀσκός βόειος, λάρναξ, ταύρεος ασκός. Μολγόν Xiphilinus vocat in Neron. Μολγόν τί πνα ἀπ ἀνδριάντιος ἀπὸ νύκτιος ἀποκρέμασαν, ἐν δὲ δικτυομήσει ὅτι ἐς ἰκεῖνον αὐτὸν δέοι ἐμβελεῖσθαι, De statua ipsius culleum suspenderunt significantes culleo ipsum dignum esse. Sic & Dositheus: ἐγὼ γὰρ νόμος περὶ τοῦτο ἔτερον πάντων ἀνθρώπων, ὅπως ὅστις πατριολοίαν πεποιθὴς δημοσίως εἰς μίσηρον πικροδύην συναρῆται καὶ ἐχιδνῆς, καὶ πιδνῆς, καὶ κυνὸς ἀσπίων ζώων ἀσπίος ἀνθρώπου, καὶ εἰς ἀμάξων ἐξολογίῳ μελλῶν βοῶν κἀκενὶ χθῆνα πρὸς θύλασσαν, καὶ εἰς βόδονα βληθῆναι, Fuit lex quondam ejusmodi omnibus hominibus, ut qui patricidium fecisset publice in culleum missus consueretur cum vipera & simia, & gallo, & cane, impiis animalibus impius homo, & coniectus plaustrum junctum nigris bobus deportaretur ad mare & in profundum mitteretur, ub. Goldast. in not.

8. Quod ad mortem civilem: Moriuntur civiliter, qui amittunt civitatem, l. 63 §. ult. ff. pro soc. Qui amittunt scilicet ob crimen. Nam qui alio eunt habitatum etiam quidem amittunt, secundum illud Ciceronis: *Civi Romano non licet esse Gaditanum*. Sed id nihil ad jus gladii. Ultro enim tum amittitur non imperio magistratus. Magistratus aufert his qui servi pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ, aqua & igni interdictis, in metallum damnatis, deportatis, proscriptis. Servi pœnæ efficiuntur non tantum qui ad bestias, ad gladium, sed omnes indistincte qui ad mortem damnati l. 2. ff. de pœn. Sic dicti quod dominum præter pœnam non habeant, καὶ πινεῖας τὸν κατὰ δίκασμόν ἐχούσης ἐπιση δαλευνῶ, supplicio possidente damnatum sibi que
9. servientem, ut ait Justinianus nov. 22. cap. 8. Si quaeratur quid ita? Atqui statim moriendum iis Respondeo non statim. Servitus mortem antevertit. Intercedere inter sententiam & ejus executionem debebant dies triginta, l. 20. C. de pœn. Sozomen. 7. hist. cap. 25. καὶ ἴομον τρεστέτες τὴς διακοσμήνης τῆς τῷ βασιλέως πεινῶμασι εἰς τριακοσῶ ἡμέρας ἀναβαλῆσθαι τῶν πμορίων τῶν ἐπὶ τῶν κατὰ δίκασμόν, Quin etiam legem tulit, ut qui Principis jussionibus obsequuntur in tricesimum usque diem differrent supplicia eorum, qui capite damnati essent. Et ratio etiam non absurda; ὡς καὶ ἐν μέσῳ χρόνον μακρότερον τῶν τῷ βασιλέως ὀργῶν, καὶ τῷ θυμῷ παρακμάσει, ἔλεψ καὶ μετὰ μελεῖα γενέσθαι χάσιν, ut scilicet interjecti temporis spatium Imperatoris iram leniret, & imminuto jam furore locus miserationi & penitentia relinqueretur. Vid. ibid. & Theodoret. 5. hist. 20. Theophan. edit. Regia p. 62.

----- Da tempus & spatium tibi
Quod ratio nequit forte sanabit mora.

ut ille ait, & ut Seneca lib. 3. de ira cap. 12. *Maximum remedium ira dilatio est, ut primus ejus fervor relanguescat, & caligo, qua premit mentem, aut residas aut minus densa sit. Quadam ex his quae te precipitem ferebant, hora, non tantum dies, molliet: quadam ex toto evanescent.* De differendo tot dies damnatorum supplicio primus tulit legem Theodosius Imp. Suaserat Ambrosius, & ad poenitentiam pro excessu redegerat regiam potestatem, cum praecipiti irae impetu Thessalonicensium septem millia levi quadam ex causa trucidari iussisset. Hincmarus Remensis in Quaternion. *Felix ille imperator, qui suo tempore talem habuit Sacerdotem, qui post dignam pro excessu satisfactionem fecit illi ponere & confirmare legem, ut si moto animo severius vindicare in aliquos princeps quisque decerneret, ministri Reipubl. usque ad triginta dies eandem legem exequi non auderent &c.* Consentiant in eo omnes excepto tantum quod sciam Sidonio Apollinari, qui Tiberio id adscribit lib. 1. epist. cap. 7. *Nunc ex vetere Senatusconsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit.* Atqui contra Senatusconsultum id ad decem tantum dies damnatis vitam produxit. Sueton. in Tiber. cap. 75. *Nam cum Senatus consulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum supplicii diem differretur.* Nec aliud sensit Seneca de tranquill. lib. 1. cap. 14. *Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine exegisse.* Add. Dion. Cass. lib. 57. *Difficultas tamen nulla est. Nam nec exemplo id caret, nec est novum in jure, ut veterum constitutionibus etiam id adscribatur, quod veteribus a novis postea demum est adjectum, ut legi Juliae de adulteriis, ut & Corneliae de fidei iuris adscribitur poena gladii §. 4. & 5. Inst. de publ. jud. cum olim relegatio tantum poena legis Juliae arg. l. 5. ff. de quaest. Corneliae deportatio l. 3. §. ult. ff. ad l. Corn. de sic. Saepe *exasperata quidem pro facti qualitate & ratione circumstantiarum, sed ante Constantinum, qui primus capitis poenam statuit, l. 30. §. 1. C. ad l. Jul. de adult. adulteri capite vix puniti. Ideoque & l. transigere 18. C. de transact. qua excipitur adulterium a criminibus capitalibus, haud dubie interpolata & inflexa ad jus novum.*

Sueton. in August. cap. 67. Idem Proculem ex acerbissimis libertis mori coegit compertum adulterare matronas.

Servi poenae etiam olim in metallum damnati, §. 3. Inst. Qu. mod. j. pat. pot. solv. Sed id sustulit Imp. Civitatem tantum adimit. Libertatem permittit d. nov. 22. cap. 8. *Damnabantur in metallum semitonis & vinciti, ne vel facilis eis fuga, vel difficilius agnosci possent, si soluti & fugitivi. Cyprian. lib. 3. epist. 25. Non fovetur in metallo lecto & calcitrans corpus, bumi jacent fessa laboribus viscera, squallent sine balneis membra situ & forde deformia, panis illis exiguus, vestis argentibus deest. Semitonis capitis capillus horrescit. Idem epist. 73. Semitonis capitibus capillaturam adaquasti. Ambros. epist. 29. in fin. Ut casenatorum ordines innumeros spectent de*

Christiano populo, ut captiva videant colla plebis fidelis, ut condantur in tenebras Dei servuli, ut feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallicis, ne poena cito transeat. Unde & notis inusti, inscripti literis, truncati naribus. Metallici vulgo dicti l. 10. pr. ff. de poen. Hilarius Pictaviensis libr. contra Constantium. Sed tamen querela famosa est iustos a te episcopos non esse, quos condemnare nullus audebat, etiam nunc in ecclesiasticis frontibus scriptos, metallica damnationis titulo censerent. Actum sic cum Christianis ut cum vilissimis capitibus. Actum cum aliis. Ut servi tonsi, verberari, abscissa aure in metallum, in pistrinum damnati. Et poena hæc satis vetus olim passim usitata. Diod. Siculus. lib. 5. cap. 38. Qui in ergastulis hisce metallicis commorantur, incredibilem quidem dominis suis copiam emolumentorum acquirunt, verum dum sub terra in fodinis dies noctesque corpora horum affliguntur, multi sub nimia laborum mole extinguuntur &c. Terent. in Andria: Verberibus casum te Dave in pistrinum dedam usque ad necem. Gregor. Turonens. 9. hist. cap. 38. Droctulsum autem incisis capillis & auribus ad vineam excolendam delegaverunt. Augustin. de Agon. Christian. cap. 39. Populus autem ipsius, quando non audit Prophetas ac Evangelium, satis significat servum se esse, non liberum, & aurem dextram se habere praecisam. Tonsura alioquin etiam poena. Et passim poenam significat. Paul Diaconus lib. 24. hist. Cumque multitudines reverterentur, rogas eis apud sanctum Mamam se tribuere fingens cadibus ac tonsuris & exiliis multis ex eis punitis &c. Cedrenus in Justino: Τὸ Λαὸν αὐτῶν καὶ τὴν κεφαλὰν καίετος, καὶ ἄρον ὄντων ἀπικαθίστους διὰ μέσης τῆ πόλεως ἰθρίαμθευσε. Gunther. lib. 7. vers. 256.

*Armiger exusta candenti fronte metallo
Detonsaque coma post verbera pulsus abibit*

& mox vers. 274.

*----- maxilla servus adusta
Verticedetonso supponet terga flagellis*

item vers. 299.

*Siquis pacifica plebis villasve domusve
Ufferit, adrasis signabitur ora capillis.*

Adde Capitula Lotharii Imp. apud Baluz. to. 2. Capitul. tit. 4. cap. 6. & 8.
Annales

Annales rer. gestar. a Ludovico Pio ad Ann. 830. Cinnam. lib. 2. hist. cap. 10. Theophan. in Nicephoro Phoca p. 411. Adelm. Benedict. ad Ann. 788. & ad Ann. 818. Lindenbrog. ad Paul. Diacon. lib. 6. de gest. Langob. cap. 20. Angek. de Nuce ad Leon. Ostiens. lib. 2. Chron. Casimens. cap. 89. Schobinger. ad Vadian. rer. Alamann. lib. 1. p. 81. Sed non semper, nec semper certum præbens argumentum. Nam & comam ponebant victi. Clerici etiam, liberti, adoptati, & cum regnarent Langobardi, etiam hi qui subiecti Romano Pontifici. Paul. Diacon. lib. 6. hist. cap. 53. Circa hæc tempora Carolus princeps Francorum Pipinum suum filium ad Liudprandum direxit, ut ejus juxta morem capillum susciperet. Qui ejus casariem incidens ei pater effectus est, multisque eum ditatum regis muneribus genitori remisit. Anastasius Bibliothec. in Adriano: Nam Spoletini & Reatini ad Beatum Petrum confugium facientes predicto sanctissimo Adriano Papa se tradiderunt, & in fide ipsius Principis Apostolorum, atque predicti sanctissimi Pontificis, jurantes more Romanorum tonsurati sunt. Vid. Fr. Pithæi glossar. ad Leg. Salic. tit. 26. Lindenbrog. d. loc. Alteserr. ad lib. 10. epistol. Gregor. Papa epist. 47. Metallum porro estodiendum in Proconneso, in Gypso, in Phœno Palæstinæ nov. 22. cap. 8. Eusebius de Martyribus Palæstinæ cap. 7. πῶς κατὰ φανὸν ἔπαλαυσιν χρυσοῦ μεταλλοῖς τὸς πάντα παρὰδιδων, Omnes ad eris metalla, qua sunt apud Phenum Palestina damnavit. Etiam in Cilicia, Idem ibid. cap. 8. in fin. Pars ad Palestina, pars ad Cilicia metalla damnati ac deducti sunt. Add. Theodorit. lib. 4. hist. cap. 22. Nec a metallicis jam multum distant, qui ad reimos damnati. Nec olim qui ob crimen detrufi in monasterium. Nam & tonfi non tantum, sed & vincti & catenati, novel. 123. cap. 11. nov. 124. cap. 10. Et monasterium ut ergastulum, ut gynæceum, in quod noxii conjecti, ut Sozomenus est testis lib. 1. cap. 8. Gregor. Turonens. lib. 9. hist. cap. 38. In Marilegium villam deducitur, ut scilicet trabens molam his, qua in gynecio erant posita, per dies singulos farinas ad victus necessarias prepararet. Charta apud Baluzium 146. in appendic. ad Capitul. Leges quoque mundana in Capitularibus præcipiunt hujusmodi aut capitali sententia puniri, aut exilio deportari, aut manus incontinenter extensus præcidi, aut depositis militaribus armis in monasterio sub perpetua retrudi pœnitentia. Alteserr. 6. ascetic. cap. 3. & ad Anastas. Biblioth. in Siricio. Lindenbrog. glossar. in Monasterium. Baluz. ad Lactant. de mort. persec. cap. 21. Car. du Fresne gloss. in Gynæceum.

CAPUT III.

1. *Aqua & ignis interdictio, deportatio, relegatio, an meri imperii.* 2. *Relegatio an poena capitis, & Exul hodie adhuc an bona an civitatem amittat.*
3. *An Duumvirus jus virgarum. Jus virgarum & fustigatio utrum meri imperii.* 4. *Inter virgas & flagella an & quodnam discrimen.* 5. *Membri truncatio & excoecatio quam olim frequens.*
6. *Modus quem excoecandi.* 7. *Quid in usu jam apud nos.*

I. **A**quæ & ignis interdictio gravissima olim poena, nam capitale erat ei, qui aqua & igni interdictum juvisset cibo, vel potu, vel hospitio, vel tecto, vel ulla aliqua re ad vitam suam sustentandam. Juvenal. *Sat.* 3.

Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque juvabit.

Similis jam proscriptio in imperio Germanico, Pontificium anathema, & proscriptio, qua majores nostri usi hujusmodi: *Ick gebiede dat niemant desen ballinck en meet, noch en maelt, en push, noch en paelt, en schiept, noch en streept, en buyse noch en hove, by der hoogster boete.* Vid. Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 10. Sic olim David Georgius anabaptista cum ob sectam proscriptus, & una cum eo alius Meynardus quidam Embdanus, præmium etiam constitutum, siquis vivos tradidisset 100. floren. Si hospitio excepisset, tegens rem & non indicans, pro foribus suarum ædium in furcam voluit eum tolli Hollandiæ Curia Provincialis affixo in id programme *Ann.* 1538. 2. *Januar.* *Extract uyt de Resolutien van de Vroedtschap der Stads Utrecht des Woensdachs den lesten Cruysdach den 29. May. 1527.* *Voort laet die Raed weten, ende gebiet, dat niemant voortæen mitter Stads ballingen en ete noch en drincke, noch daer mede en conversere, noch en spreke, buyten consent van onsen Oversten in der tijt by sware correctie des Raets tot des Raets goetdunken.* Atrox poena & morti proxima. Necessè enim proscripto, nisi fame velit mori, ut procul fugiat, & se conferat extra ejus ditionem qui ipsum ita proscripsit. Olim apud Romanos extra orbem Romanum. Nisi fame, inquam, velit mori. Unde alioquin enim viveret? An quicquam confiscato & confiscato ex assè, l. 2. *C. de bon. proscr.*? Et quid si confiscatus manu victum tantum quærat? De Davide Georgio quid notatum audiamus. Sic in libro rationum Prætoris Delfensis Joannis Heuteri equitis Hierosolymitani: *Kan eenen David Jorissen Glasemaker, die ad idem besmet was met de voorsz. sette,*

secte, ende herdoopt was, hem selven houdende fugitijs, ende ter cause van dien by den voornoemden Sebout opten 16. Aprilis Ann. vijf en dertich balling's Lants doen leggen, ende sijn goederen verclaert geconfisqueert tot profijte van de Keyserl. Maj. als 't blijkt by 't voorsz. half bladt papiers op 't voorgaende articul overgeleyt, ende en heeft geen goet achter gelaten gecomen tot kennisse van den voornoemden Sebout, daeromme hier niet. Sed quod Romanos attinget satis constat, quod sensim temporis progressu in veteris poenae locum deportatio successit, l. 2. §. 1. ff. de pæn. Deportati qui vincti & bonis confiscatis a publico satellitio in insulam projecti, ut dixi lib. 2. de Nobilit. cap. 27. Et horum melior conditio. Sed quia id non novum, ut quamvis re mutata vetus nomen tamen maneat, deportati adhuc passim aqua & igni interdicti. Tacit. lib. 4. annal. Gallus Asinius Gyato aut Donusa claudendum censuerat. Id quoque Tiberius aspernatus est egenam aqua utramque insulam referens, dandosque vita usus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum deportatur. Idem lib. 3. annal. Igitur aqua & igni interdictum reo, appositumque, ut teneretur insula, neque Thracia neque Macedonia opportuna. Ibid. Multum de clementia Principis praefatus aqua atque igni Silano interdicendum censuit ipsumque in insulam Gyarum relegandum. Relegandum abusive. Nam proprie hæc deportatio. Relegati retinebant, quæ sunt juris civilis, & plerumque etiam bona. Deportati non item, l. 1. l. 14. §. 1. ff. de interd. & rel. l. 17. §. 1. ff. de pæn. l. 22. §. 5. ff. mand. §. 1. & 2. Inst. Qu. mod. j. patr. pot. Plerumque etiam relegati ad tempus tantum relegati, l. 7. §. 1. ff. de interd. & rel. Deportati in perpetuum, d. 1. Deportatio ad tempus non est, l. 18. §. 1. ff. eod. Puniuntur capite deportati, si excedant insula, quæ conclusi. Relegati deportantur, l. 28. §. 13. ff. de pæn.

Quod ad mores, ni fallor, constat, quod nec bona, nec civitatem, cum sit similis relegato, vulgo exul jam amittat. Amittit si adempta hæc expresse & nominatim. De bonis libere alioquin disponit, & disponit prout vult. Judicio etiam experiri & suum persequi ex eis potest, ut in charta, verbi gratia, Ann. 1420. Allen den ghenen &c. doen Wy verstaen Schoute ende Schepene der Stad van Utrecht, dat voor ons quamen in 't Geregte &c. Mede so toonde ons Willam Peters soon van Mauderen voorsz. eenen openen brief, gans ende gave ende wel besegelt mitter Stadt segel van Amersfoort, ende sprack van woorde tot woorde aldus: Wy Burgermeesters, Schepene, ende Raede der Stad van Amersfoorde, doen kondt ende kenlijck allen Luyden, ende sonderlinge den Eerbaren, ende wijfen, ende bescheyden Burgermeesters, Schepene, ende Raede der Stad van Utrecht, onsen gheminden Vrienden, dat voor ons ghekomen is Ghisebert van Beesde, ende seyde ons, dat by ballinge ende verdreven

wert

C

wert wter Stadt van Utrecht, dat hy van anxet sijns lijfs daer niet koomen en dorste, noch en mochte, ende gaf voor ons aldaer over Gisebert Haessen dat vierendeel van der huysinge ende Hofftede, gelegen aen de Ooßsijde van de Twystraat, daar Johan van Beesde sijn broeder, ende hy boven, ende Claas Sloyer beneden naest gelegen sijn &c. Ende heeft hier omsme voor ons gerechticht met desen Brieve Willam Peters soon van Manderen, van sijnent wegen ende in sijnen name voor den Schoute ende Schepene in 't gerechte Gisebert Haessen dat vierendeel van der huysinge ende Hofftede over te geven, ende van sijnent wegghen daer af te vertyen, ende op sijn goede te loven jaer ende daoh te waren &c. Ende doe wy dese voorsz. Brieve gesien ende wel verstaen hadden, aldaer soo begerde Willam Peters soon van Manderen voorsz. eens oordeels van ons, of hy overmits den opene Brief, dien hy getoont heeft, ende hier voor beschreven staet, also gemachticht waer, dat hy van Ghiseberts wegen van Beesde overgeven mochte Gisebert Haessen dat vierendeel van der huysinge ende Hofftede, daer die voorn. Brief af spreekt: Ende hem wert gewijst met rechte, ende met oordeele, dat hy 't wel daen mochte &c.

2. Meri interim imperii relegatio etiam pars, nam & poena hæc capitalis, si paulo latius sumatur vox, l. 103. ff. de verb. sign. & rei capitalis damnatus dicitur etiam is, qui salva civitate abiit in exilium, l. 4. pr. ff. sig. caut. in jud. fist. caus. Nec mirum: Etiam qui de fama, de existimatione, dicit causam, capitis causam dicitur dicere. Sic Cicero pro Quintio: *Quid hoc iniquius, aut indignius, quam me, qui caput alterius, famam, fortunaque defendam, priore loco causam dicere?* & infra: *Clamabat Quintius; sese idcirco nolle satisfare, ne videretur judicasse, bona sua ex edicto possessa esse: sponsonem porro si istiusmodi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priore loco causam esse dicturum,* & in fine orationis: *Horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere.* Atqui relegatio etiam reum infamat l. 5. §. 1. ff. de extr. cogn. Vultej. discept. scholast. cap. 12. Dico si paulo latius. Nam regulariter non ita est. Ad eum vulgo refertur vox, qui aut morte afficitur, aut deportatur, aut redigitur in servitutem, d. l. 103. l. edicto 13. ff. de bon. possess. Pet. Fab. 2. Semestr. 13. Et hinc meri imperii quidem, ut dixi jam, relegatio, sed quia varii ejus gradus, ad tertium gradum tantum pertinet. Quo referri etiam potest cognitio de crimine, quam Legatus Proconsulis habet, l. 6. pr. ff. de offic. Proc. & Legat, quam habet Prætor cum dominus a familia est occisus, l. 1. in fin. pr. ff. de offic. ej. cui mand. e. jurisd., & quam vigilum Præfectus, cum factum incendium, nam & hic, si dolo factum id deprehendat, jubetur reos remittere ad Præfectum urbi puniendos, l. ult. ff. de offic. praf. vigil. Membri etiam mutilatio & fustigatio eo pertinent, d. l.

d. l. ult. An & virgæ, dubitatur. Nam & certum, quod Duumviris non fuit merum imperium, & tamen Paulus & Silas a magistratibus Philippensium virgis leguntur cæsi in Actis Apostolorum cap. 16. vers. 22. & seq. Et nisi jure id ab iis factum, cui bono ipsis *παρδούχοι* *ibid.* vers. 35. & 38? Quid quod Paulus non queritur cæsum se a magistratu, qui jus cædendi non habebat, sed cæsum & verberatum se, cum esset civis Romanus *ibid.* vers. 73. & seq. Cicero pro Rabirio: *Porcia Lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit.* Liv. lib. 10. cap. 9. *Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, si quis verberasset, necassetve civem Romanum, sanxit.* Virgis iustu Synedrii cæsi etiam Apostoli in Actis Apostolor. cap. 5. n. 40. & seq. Et tamen certum quod Judæis non fuit merum imperium, ipsis etiam id testantibus *Job.* 18. vers. 31. Magistratus ipsorum magistratus minores; municipales &c. Mixtum tantum imperium iis. Et ne mixtum quidem universum l. 32. ff. de inj. Mixti tantum partes. Saltem modica coercitio l. ult. §. 1. ff. de offic. ej. c. mand. seu castigatio, ut vocatur sic l. 12. ff. de jurisd. Cujus species etiam virgæ. Si reum modice iis tractes haud dubie modica hæc coercitio. Si graviter, si atrociter, si ad necem cædas, si flagellis, si plumbatis, &c. gravior animadversio hæc, quam ut mixti imperii. Gravior, si eum cædas, qui mox gladio percutiendus, aut tollendus in crucem. Nam & ita olim moris. Prius virgas expediebant. Dein capite puniebant. Unde & postquam flagellasset Pilatus Jesum crucifixit, *Job.* cap. 18. vers. 26. Salust. in Jugurtha: *Turpilius quem præfectum opidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, jussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque capite pœnas solvit.* Nam is civis ex Latio erat. Idem in Catilina: *Sed per deos immortalis, quamobrem in sententiam non addidisti, ut prius verberibus in eos animadverteretur? an quia lex Porcia vetat.* Etiam prius subfannabant, ludibriis afficiebant. Inducebant saltantes. Vestem etiam purpuream arfuris mox induebant. l. 8. §. 11. ff. de pœn. Sic cum Jesu Servatore. Sic cum aliis olim actum. Plutarch. lib. de sera numinis vindicta: *ὡλλ' ὀυδὲ ἔνιοι διαφέρουσι παιδαρίων, ἀ τὲς κακίργους ἐν τοῖς θάττοις θάρρα πολλὰκις ἐν χιτῶσι διαχρύσει, ἢ χλαμυδαῖσι ἀλουργοῖσι ἐσθαρῶδες ἢ πυρριχίζοντες ἄραται ἢ πένθηπεν ὡς μακαρίους. ἀχρῆς ἔκαστῶ μεροῖ ἢ μαστιγῶδες, ἢ πύρ ἀνιέντες ἀπὸ τῶ ἀνθρῶπις ἐκείνης ἐδῆτ' ὀφθαλμοῖ.* Sed nonnulli plane similes sunt pueris, qui saepe numero in theatris vestibus amictos & catenatos pyrricham saltantes mirantur ut beatos, donec illos compungi flagellis cadi, & ex florida illa veste flammam emittere videant. De flagellis 4. quod dixi non necesse est ut miretur quis. Flagris cædere & servilis & gravior erat pœna, l. 7. §. 2. ff. de inj. l. 10. §. pen. ff. de in jus voc. Gravior quam

quam si virgis quam si fustibus cæcidisses, l. 10. ff. de pæn. junct. l. 28. in fin. ff. eod. Servum, cujus est ususfructus, licet modice castigare. Flagellis cædere non licet l. 23. §. ult. ff. de usufr. Fustibus liberi cæsi ex causis, ex quibus servi flagellis, l. 4. §. 1. ff. de inc. ruin. naufr. Fustium dicitur admonitio flagellorum castigatio in l. 7. ff. d. pæn. Brissou. lib. 3. sel. antiq. cap. 9. Vin. ad Peck. de re naut. ad d. l. 4. §. 1. de inc. ruin. naufr. Flagella etiam nodosa. Nec ex funibus tantum nodi. Etiam e plumbo. Unde & passim plumbatæ, plumbi verbera & plumbatarum, l. 2. C. de exact. tribut. l. 3. & l. 40. C. de decur. l. 1. C. de numerar. l. 7. C. Th. de exaction. l. qui relicto C. Th. de cohortal. princ. l. Jovianum 53. C. Th. de heret. l. 1. C. Th. de h. qu. potent. nom. l. omnes 85. & 117. C. Th. de decur. Prudent. in Peristepb. de S. Romano martyre ?

Tundantur, inquit, terga crebrius ictibus,
 Plumboque cervix verberata extuberet,
 Pulsatus erga Martyr illa grandine
 Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.

Ambros. lib. de passione Gervasii & Protasii. Tunc indignatus Comes Astacius jussit eum tamdiu de plumbatis contundi, quamdiu exhalaret spiritum. In libello passionis Valeriani, Tiburtii, & Maximi martyrum: Igitur cum pervenisset ad Almachum, quod maximus cornicularius cum suis omnibus esset factus Christianus, jussit eum tamdiu plumbatis tundi, quamdiu spiritum redderet. Vid. Brissou. in verb. Plumbata, P. Fab. lib. 2. semest. cap. 8. in fin. Stewech. ad Veget. lib. 2. cap. 23. & lib. 4. cap. 29. Amay. ad l. 2. C. de exact. tribut.

5. Membris reum mutilare etiam frequens supplicium. Naso, pedibus mutilabant, manibus, lingua, oculis. Qua quis parte peccasset eadem vulgo & punitus. Adempti pedes fugitivis, testes adulteris, manus falsariis, proditoribus oculi, nov. 17. nov. 30. nov. 42. l. 3. C. de serv. fugitiv. ubi alii ad Barbaros, alii legunt ad Barbaricum. Barbaricum locus, regio. Græcis Βαρβαρικόν. Quicquid scilicet Romanis non subjectum id Barbaria, Barbaricum, l. 1. C. Qu. res ven. non poss. Barbarum solum l. ult. C. de eunuch. Apud Paulinum epist. 26. ad Victricium Rothomagensis Episcopum: ubi quondam deserta sylvarum ac littorum pariter in tota advena Barbaria, & apud Lampridium, rura vicina Barbaria. Eutrop. lib. 7. Albis in barbarico longe ultra Rhenum est. Idem lib. 9. Cum biennio ipse & filius ejus imperassent, uterque in barbarico interfecti sunt. Cujac. 18. obs. 9. Hier. Mag. 3. miscell. 12. Pappus artjckel-brief art. 16. Nec manus tantum falsa-

falsariis. Parricidis etiam, perjuris. Quintil. *declam.* 158. & 172. Theon Sophista: ἡ παρτοτύπης χειροποιήσθω. Ambas episcopo ob mendacium præcidit Totila, ut refert Procopius *lib. 1. de bell. Gothic.* Imo lingua etiam perjuris, ut ob diras in Deum voces, ob calumniandi libidinem blasphemis, delatoribus, l. 2. C. Th. *de petit. & ultr. dat. & del.* Harnenop. *lib. 1. tit. 7. in fin.* Quisquis aut iudice deferente aut postulante adversario iusjurandum in ecclesia susceperit contactis Evangeliiς Ἐπιτοκείν ἐλαγχθείς γλωσσοκοπήσθω. Lipientis plumbi ingestione fauces ei occluduntur, qui nefaria protulit hortamenta corrumpendis virginibus, l. 1. C. Th. *de rapt. virg.* Guil. Forner. 3. *select.* 27. Est qui ob fimum factum punitus fumo. Ob incendium incendio l. 9. ff. *de inc. ruin. naufr.* Lamprid. *in Alexandr.* Ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iusserat necavit, præcone dicente, Fumo punitur, qui vendidit fimum. Moller. 4. *Semest.* 31. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1480. des Woensdachs na Remigii: Sleten Scepen, Raede, ende Oudermans, dat men Egbert van Roeden beyde zyne oogen uytsteeken sal, om des willen, dat hy goet den Gelreschen toebehoorende in den Gestichte van Utrecht verspyet gehad heeft eenigen Ruyteren, die dat aangetast hadden, mer dat worden hem weder ontdragen. Vetuit quidem Justinianus utrumque alicui aut pedem aut manum abscindi, nov. 134. *cap. ult. pr.* sed & ante & post eum nihil frequentius. Sueton. *in Caligul. cap. 33.* Manibus abscisis atque ante pectus e collo pendentibus præcedente titulo, qui causam pœna indicaret. Senec. *lib. 8. controv. 2.* Sacrilego præcidantur manus. Idem *lib. 9. controv. 4.* Qui patrem pulsaverit, manus ei præcidantur. Lindenbrog. *gloss. verb. manus abscisio.* Frequens etiam excecatio. Apud Græcos præsertim posterioribus seculis. Variè autem hæc fiebat. Vel clavis ferreis & ignitis, vel candentis laminæ admotione, vel atrociori adhuc modo. Pachymer. *in Michaelè Palæologo lib. 3. hist. cap. 10.* Privatur oculis parvulus paulum supergressus infantiam, hoc solum humane indulgentibus ministris barbari mandati, ut non ferreis clavis ex fornace candentibus ocellos tenellulos foderent, sed crepitaculo quodam ignito aciei luminum objecto videndi facultatem absumerent, & sensim arefactam depascerentur. De Anglis etiam idem legimus, de Francis & aliis. Hovedenus ad Ann. M C C L X X X I. Rex Francia novum genus grassandi in populo reperiens fecit complures de hominibus Regis Anglia, quos captivos tenebat, excacari, & sic provocabat Regem Anglia, licet invitum, ad simile impietatis opus. Auctor incertus Annalium Francicorum ad Ann. D C C C L X V I. Ea tempestate apud Maguntiacum quidam de hominibus Liutperti Archiepiscopi orta seditione interfecti sunt, quorum mors graviter in auctores seditionis vindicata

causa est. Quidam enim in ligno suspensi, alii manuum & pedum summitatibus amputatis etiam lumine oculorum privantur. Barth. ad Guilielm. Brit. lib. 5. v. 316. Ad majorem autem ignominiam excœcatis, si illustres, aut si positi in dignitate, in manum etiam dabant vasculum, ut prætereuntes rogarent stipem. Georgius Monachus in vita Michaelis Imp. cum matre Theodora cap. 31. Εξεστῆθη ὁ Πηγάνης, καὶ τῆ προσαίξει τῆ βασιλείας τυφλοῖ αὐτὸν Κωνσταντῖνῳ ἐπιρχῶ ὁ Μυάριος· καὶ καθίσταντες αὐτὸν ἐν τῷ Μιλιῷ ἐπέδωκαν αὐτῷ σκῆδος ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆ καὶ θήρητον αὐτῷ πέντης ἢ διαπρευρόμοι ἐν αὐτῷ. & mox: Καὶ μετ' ἡμέρας λ. ἐκρατήθη Συμβάτιῳ ὁ Ἀρμενίῳ ὑπὸ Μαλεῖνου &c. Captus autem est Peganus, cui Imperatoris jussu Constantinus Myares lumina adimit, eumque in Milio collocantes vasculum ei in manum dederunt, inque illad transeuntes jaciebant, quod vellent. Post triginta vero dies captus est & Symbatius Armenius a Maleino in Celtzine in diversorio, induxitque eum dictus Maleinus ad Imperatorem ad S. Mamantem: cujus & jussu Peganem in Symbatii occursum ducunt, dato ei cum sulphure testaceo thuribulo, ut ei adoleret, alteroque oculo Symbatium cecant, atque ejus dextra manu excisa ad Lausi ades ipsum collocant vasculo in ejus sinu posito, in quod quisquis vellet aliquid mitteret. Apud nos id inauditum jam, ut quis oculis privetur. Abscinduntur interdum aures, altera interdum manus, pollex, digiti præciduntur, inuruntur maxillæ, humeri; erueri autem oculos, utraque aliquem manu aut pede debilitare sævum nimis & inhumanum. Quod ad stigma jam dixi lib. 2. de Nobilit. cap. 27. Clavem olim, nummum, aut aliud quicquid vellent, maxillæ inurebant. Cantacuzen. lib. 1. hist. cap. 30. πολλὰς τε αἰκίας ὑποβαλὼν δύο τε τῶν ὀδόντων ἐκείζωσας, καὶ τῶν παρὰ τὸν ἄνω στόματος στήθη, Multis eum plagis subjiciens duos etiam illi dentes radicibus excussit, maxillamque ferro candenti inurendam curavit. Ex edicto contra mendicos apud Chapeavillium to. 3. hist. p. 336. Et si secundo recurrerint, viro auricula abscindatur, mulieri in altera maxilla pero candens imprimatur. Statuta Batavodurana, quæ inedita adhuc hæctenus, vulgo 't Poorterboeck van Wÿck, tit. 13. Item waer't sake, dat yemant quade eeden swoer, dat die Heer oft sijn Stadthouder met sijnen gemeenen Gerecht ondervonden mitter waerheyt, dat soude men richten mitten sleutel. Notandum etiam quod ad virgas, quod nec hodie distinctio hæc quam supra dedi habet locum. Nulli iis jam cædendi jus, quam cui alta est jurisdictio, cui merum imperium. Judex quidem inferior potest si deprehendat reum in cancerem conjicere, sed superiori id significandum intra horas viginti quatuor, ut curet reum ad se adduci pro facti qualitate causa cognita puniendum. Bort. tr. van Hooge en Am-bachts-

bachtsheerlyckheyt, cap. 2. n. 44. & cap. 4. n. 43. & seq. & cap. 3. n. 91. & seq. Etiam apud Frisios, qui jus civile adhuc exactius quam alii populi sequuntur, ne modice quidem virgis animadvertere in reum licet magistratibus civitatum. Solius Curiae Supremae etiam ea est coercitio. Quod tamen ad jus civile, de eo non dubitandum, quin Duumvirus jus virgarum l. 53. C. de decur. Prehendendi jus habent, conjiciendi in carcerem, reum interrogandi, conficiendi de eo acta, & ad Praesidem mittendi, ut Praeses causa cognita de eo sumat supplicium. Exemplum apud Baluzium est lib. 2. miscell. p. 77. & seq. Habemus etiam exemplum, quo servus loris ab iis caesus, l. 15. §. 39. ff. de inj. Nec improbatum quod caesus, sed quod contra bonos mores, quod loris, quod atrociter. Scire alioquin velim, cui bono iis fasces d. l. 53? Secures etiam, fateor, Aufonius assignat, sed abusus verbo est, in Mosella:

*Quique suas rexere urbes, purumque tribunal
Sanguine & innocuas illustrare secures.*

Secures ibi potestatem & nihil aliud significant. Et ideo dicit innocuas, quod potestas haec ad poenam sanguinis, ad jus gladii, non extendit se. Non habuit Praetor jus gladii. Sed jus modice coercendi arg. l. ult. §. 1. ff. de offic. ej. c. mand. e. jur. junct. §. 10. & 11. Instit. de susp. tut. Et haud dubie etiam virgis. In histriones quidem Tiberii tempore iis uti non licuit, sed non quod tale ei nullum jus, sed quod Augustus responderat histriones immunes verberum. Tacit. lib. 1. annal. Actum de ea seditione apud patres, dicebanturque sententia, ut Praetoribus jus virgarum in histriones esset, intercessit Materius Agrippa tribunus plebei, increpitusque est Asinii Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis Senatui praebebat, valuit tamen intercessio, quia divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, neque fas Tiberio infringere dicta ejus. Ante Augustum non immunes, ut notat Lipsius ad eum locum. Nec diu etiam post Tiberium. Vetus jus restitutum lege Julia de vi publica etiam Lipsius ibi notat ex Pauli loco in Sententiis lib. 5. tit. 26. Et id verum ut, puto, si sano sensu accipias. Si quod Paulus ait d. loc. Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt, ab aliis lapsu temporis adjectum dicas legi Juliae. Nam lex Julia lata ab Augusto. Et is nihil mutavit.

CAPUT IV.

1. *Quinam habeant jus gladii.* 2. *An Præfectus Prætorio, Præfectus vigilum, Præfectus urbi. An Proconsul. An Præses. An Prætor, Dictator, Consul, & Quæ horum potestas.* 3. *Quando Consules Romanorum creari desierint.* 4. *Consul vox homonyma. Consules proceres etiam dicti. Etiam Principes. Comites.* 5. *Senator dictus etiam Consul, & contra vir illustris & qui Romanis oriundus etiam dictus Senator.* 6. *Augusta etiam Consul.* 7. *Jus gladii cum datum non semper datum id universon. Etiam pars tantum data.*

1. **D**ixi in quo merum imperium consistat. De iis jam videndum, qui exercendi id jus habent. Haud dubie habent magistratus. Sed quinam queritur magistratus. Nam magistratus alii majores, alii minores, l. 32. ff. de inj. Minores etiam Duumviri, l. un. pr. ff. si quis jus dic. non obt. magistratus municipales, l. 25. l. 26. pr. & s. 1. & t. tit. ff. ad municipal. Majores aut ordinarii, aut extra ordinem constituti, l. 2. s. 43. ff. de orig. jur. t. tit. ff. de offic. præf. vig. & præf. annon. Urbani aut provinciales, l. un. pr. & s. 2. C. de contract. jud. Majores merum imperium habent. Minores non item, l. 32. ff. de inj. Nec majores indistincte, sed quibus lege id expresse & nominatim concessum est, l. 1. pr. & s. 1. ff. de offic. ej. c. mand. e. jurisd. Dabat lex aut universon aut dabat certas tantum partes, l. 3. pr. l. ult. ff. de offic. præf. vig. l. 6. s. 8. ff. de offic. præf. Et si certas tantum partes, ultra id quod concessum & quod nominatim concessum, frustra extendebat se magistratus potestas, d. l. 6. s. 8. junct. l. 2. s. 1. ff. de pæn. l. 15. s. 1. ff. de interd. & vel. Et merum imperium & omnes ejus partes speciali lege & nominatim magistratui concessæ. Interdum jus gladii, sed in hos tantum aut in illos, non in omnes indistincte, l. 15. ff. de condict. caus. dat. c. non sec. junct. l. 3. pr. l. ult. ff. de off. præf. vig. Locum hic non habebat argumentum a pari, a majori ad minus. Habebat Præfectus vigilum in servos fures jus gladii, d. l. 15. In alios non item; d. l. ult. Habebat jus cædendi flagellis aut fustibus d. l. ult. Sed si atrocius delictum, quam ut fustibus expiari posset, debebat reum remittere ad Præfectum urbi puniendum, d. l. 3. pr. d. l. 281. Habebat Præses jus gladii, jus damnandi in metallum, d. l. 60. s. 8. jus deportandi non item, l. 2. s. 1. ff. de pæn. l. 6. ff. de interd. & vel. & jus gladii duntaxat, non securis, vel fustis, vel teli, vel laquei, vel veneni, vel furcæ, l. 8. s. 1. ff. pæn. Relegandi jus habet, l. 7.

l. 7. §. 1. ff. de interd. & releg. Confiscandi non habet, l. un. C. ne fin. juss. princ. cert. jud. lic. Non simpliciter saltem aut absolute d. l. Occiso domino a familia cognitionem habebat Prætor, sed cognitionem duntaxat, & non nisi eo casu, l. 1. in fin. pr. ff. de off. ej. c. mand. e. jurisd. Legatus Proconsulis de quovis crimine cognoscebat, sed similiter cognoscebat tantum. Judicandi jus non habebat, l. 6. pr. ff. de offic. proc. & leg. l. un. C. cod. cessante regula l. de quare 74. ff. de jud. Plenissimum jus gladii habebant extra controversiam Præfectus prætorio, Præfectus urbi, Proconsul, l. un. ff. de offic. pref. prat. l. 1. pr. & §§. seqq. ff. de off. pref. urb. l. 6. §. ult. l. 7. ff. de offic. proc. l. 1. §. 4. ff. de leg. 3. Habebat summum imperium Præfectus prætorio. Secundus nulli nisi Principi. Ἀρχὴν habebat ἰστέρον ἐν τοῖς οὐκ ἴσους, βασιλῆος ἀπέφρονον, ut dixit Eunapius. Vid. Casaub. ad Flav. Vopisc. in Car. Carin. & Numer. Leges etiam condendi jus, quas formas vocat Imp. in l. 2. C. de offic. pref. prat. l. 27. C. de fidejuss. Creandi Præfides provinciarum l. 9. C. de advoc. div. jud. 1. eosque iterum removendi, l. 3. C. h. t. l. un. C. ut null. patr. adm. fin. spec. perm. princ. perm. l. ult. C. ad l. Jul. repet. Velut pater provinciarum, ut vocat Cassiodorus, sub cujus dispositione provinciarum universitas l. nequis C. de decur. Nec a sententia ejus appellatum, sed supplicatum duntaxat, l. un. §. 1. ff. de offic. pref. prat. l. un. C. de sem. pref. prat. Cassiod. 6. var. 3. Vacantia bona proscribit, delicta provinciarum judicum punit, verbo sententiam dicit. Quid est, quod non habeat commissum, cujus est vel ipse sermo judicium? Pene est, ut leges possit condere, quando ejus reverentia potest negotia sine appellatione finire. Potestate nulla dignitas est æqualis. Vice sacra ubique judicat. Mamertinus in Panegyrico: Cum me prætoris præfecisti, provincias de te egregie meritas meæ fidei tutelaque mandasti. Cujac. par. ff. & C. de offic. pref. prat. Excellens etiam & illustris Præfecti urbi potestas. Par etiam & æqualis Præfecti prætorio, l. 1. C. de pref. prat. vel urb. & mag. mil. l. 2. C. de adv. div. jud. Cujac. par. C. de offic. pref. urb. Nec appellatio ab eo data ad Præfectum prætorio, l. 38. ff. de min. l. 19. C. de appell. Nec nisi intra territorium ejus ipso multum inferior. Jos. Scalig. lib. 2. epist. 185. In suo etiam superior. Præcellens cunctis dignitatibus. Ante ipsum etiam sedens in Senatu, in Curia novel. 62. Cassiod. 6. var. 4. Supra omnes scilicet Consulares sententiam primum dicit, & in illa libertatis aula reverendus aspiceris, in qua commissos habere mundi primarios approbaris, & mox: Dittoni tua non solum Roma commissa est (quamvis in illa contineantur universa) verum etiam intra centesimum milliarium potestatem te protendere antiqua jura voluerunt; ne tanta civitatis judicem muralis agger includeret, cum Roma omnia possideret. Unde & milites Præ-

toriani in territorio ejus nulli. Ultra centesimum ab urbe lapidem abesse jussi a Severo apud Herodianum *lib. 2. Lips. ad Tacit. lib. 13. annal.* Intra eum cognoscebat Præfectus urbi de causis. Ultra autem cognoscebat Præfectus prætorio, ut notat Ulpianus *collat. leg. Mosaic. & Roman. tit. 14. Sed enim jam eo*, inquit, *perventum est constitutionibus, ut Roma quidem Præfectum urbis solus super ea re cognoscat, si intra miliarium centesimum sit injuria commissa, enimvero si ultra centesimum Præfectorum prætorio erit cognitio.* Sacrum appellatur utriusque judicium *l. 17. l. 32. pr. C. de appell.* Carpentovectus uterque, qui summus olim honor & Sacerdotibus concessus. *Cassiod. 6. var. 3. & 4. Tacit. lib. 12. annal.* *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus & sacris antiquitus concessus venerationem augebat fœmina.* Sueton. in *Caligul. cap. 15. Matri Circenses carpentumque instituit, quo in pompa traduceretur.* *Ovid. lib. 1. Fast.*

*Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant,
Hac quoque ab Evandri dicta parente reor.*

Proconsuli etiam summum jus, *l. 7. §. ult. l. 8. ff. de offic. proc.* Majori præditus potestate Proconsul quam Præses *d. l. 7. §. ult. d. l. 8. junct. l. 8. §. 1. ff. de pæn.* Tacit. *lib. 2. annal.* Tunc decreto patrum permessa Germanico provincia, qua mari dividuntur majusque imperium, quoquo adisset, quam his qui sorte aut missu principis obtinerent. Præses militari. Proconsul contra pacato habitu togatus. *Dio Cass. lib. 53. hist. Stat. Papinius lib. 5. Sylv.*

*Mille urbes Asia sortito rexerit anno
Imperium mulcente toga.*

Hotom. epit. ff. de off. proc. Valef. ad Ammian. Marcell. lib. 26. Pancirof. 1. var. lect. 12. Togati Consules ut notum. Et ob fasces tamen, ob secures, ob regiam illam potestatem ingens eorum terror, *Liv. lib. 1. Plebs Consulatum nomen haud secus quam regum perosa erat.* Fasces iis & secures duodecim. Proconsuli tantum sex *l. 14. ff. de off. proc.* Præsidii autem quinque. *Dio Cass. lib. 53. hist.* Apud quem quidem pro πέντε legendum ex putat *Bachov. ad d. l. 14. ff. de offic. proc.* Sed contra fidem exemplarium. *Lips. ad Tacit. lib. 1. annal. Brisson. 3. antiq. 14.* Proconsul tantum ἐξαπίλευς. *Polyb. lib. 3. ἐξαπίλευς δύναμις.* Appianus in Syriacis: καὶ στρατὸς ὅτι στρατὸς πλείω πεμπῶν, οὗς αὐτοὶ καλεῖσιν ἐξαπίλευς, ὅτι τῶν ἰσχυρῶν δούλων πλείωσι, καὶ δόδοις ῥάβδου (ὡς παρὰ οἱ πάλαι βασιλεῖς) χειρῶν τὸ ἡμισυ.

bini, Consules, & Commune, prædictum Opidum fossis, muris, vel utrislibet robuerint permunire. Præterea omnes mercatores illuc ad nundinas venientes triduo ante Crucis erectionem & triduo post Crucis depositionem, omnesque ad forum ebdomadale declinantes illo die firmum conductum habebunt, & securum veniendi, manendi, recedendi, nisi tunc talia commiserint, vel deliquerint, propter quæ fuerint merito detinendi. Præterea dictos nostros Scabinos, Consules, & Commune contra quoscunque eisdem injuriare volentes defensare promissimus bona fide, eosdem pro posse nostro in omni suo jure ubilibet confortantes. Et si aliqui libertatem dicti Opidi infringere voluerint, Opidani de Wyck eisdem resistere poterunt de consensu Judicis & Scabiorum sine nostra offensa, malivolentia, atque culpa. Præterea nullus Opidanus de Wyck, qui coram suo iudice cotidiano justitiam facere voluerit, a suo coopidano coram Officiali Trajectensi citari poterit aut gravari. In prædictorum omnium testimonium & munimen Nos Ghyselbertus de Abcoude miles prædictus duximus presentes literas nostri sigilli munimine roborandas. Et nos Otto Dns de Bueren, Hubertus de Everdingen, Suederus de Zulen, Johannes de Zulen, & Ghyselbertus de Goye milites ad instantiam nobilis viri Dni Ghyselberti de Abcoude militis sæpe dicti, nec non Opidanorum de Wyck in firmitatem præmissorum sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum & actum Ann. Dni millesimo tricentesimo in die beati Gregorii Papa. Nos igitur, qui dante Deo venimus non solvere, quæ nobis sunt utilia, sed adimplere, ymo vos majoris gratia dono & omni favore prosequi, libertates & privilegia suprascripta, prout superius de verbo ad verbum inserta sunt, confirmamus, ratificamus, emologamus, & hujus nostri scripti patrocinio communimus nostro sub sigillo presentibus appensa. Et quia præmissa in utilitatem ecclesia nostra clare tendere videntur, hortati sumus & rogavimus, hortamur & rogamus quinque ecclesiarum nostrarum Trajectensium consensum pariter & assensum in præmissis adhiberi, & nos Prelati & Capitulo ecclesiarum prædictarum, videlicet majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beata Maria, prospicientes præmissa tendere in utilitatem patria & diocesis Trajectensis nostrum consensum pariter & assensum eisdem adhibuimus & adhibemus, & ad majus testimonium eorundem sigilla ecclesiarum nostrarum prædictarum una cum sigillo Reverendi patris & domini Dni episcopi Trajectensis prænominati Domini nostri gratiosi presentibus duximus appendenda. Datum anno Dni millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, mensis Martii die decima.

Quod autem contra hoc privilegium Toparcha aliquid exegit certe id perperam ab eo factum. Sed ab incolis adhuc pejus, quod vi petenti restiterint.

Gravius

Gravius id delictum quam ut posset omnino impunitum dimitti, l. 14. C. de Juda. l. 176. ff. de reg. jur. l. pen. ff. ad. l. Jul. de vi priv. l. 13. ff. Qu. met. caus. De usufructu, quod dixi, redemerunt eum Ordines a Gaesbekio non diu post, sed redemptio parum profuit, ut nec cautio etiam multum exacta a Joanne de Renesse de Wulven. Movit rursus quaestionem cum Gaesbekius decessisset, & vindicavit usumfructum, ut a se olim emptum Antonius Burgundus Davidis frater consanguineus. Postquam diu disceptatum, redemptus iterum ab Ordinibus, clam agente id episcopo, quem vulgo fraudis suspectum Heda innuit in ejus vita, ut cum quaestio aliter inter partes extinguere non posset, ad se nummorum pars etiam posset devolvi. Circa eadem, inquit, tempora tres Status videlicet Clerus, Nobilitas, & oppidum Trajectense redemerunt usumfructum, quem Praefectus de Gaesbeeck habebat super arcibus Dorestato & Apcouda, pro decem & quatuor millibus florenorum, quas eo pacto recuperarunt episcopatus. Defuncto autem eodem Praefecto allegavit Antonius frater episcopi se jam dudum ab illo emisse hujusmodi usumfructum, & sic tertio ab eodem redemerunt pro tredecim millibus florenorum &c. Ferebatur vulgo episcopum id excogitasse & simul participasse. Quod clam id actum, non mirum. Solenni admodum juramento possessionem aditurus Dominii de Wijck, castrorum de Abcoude & de Duersteden post excessum Gaesbekii, in plenis Ordinum Comitibus, cum omnes essent convocati & cis & trans Ystulam, obstrictus David Ordinibus, nec se a dioecesi unquam rursus hac distrahiturum, nec facturum de iis quicquam sine Ordinum consensu. Chartam ea de re edidi jam lib. 3. de Nobilit. p. 896. In qua digna admodum quae notentur haec: Item opidum de Wijck ac castra de Duersteden & Abcoude cum suis Dominis & attinentiis fideliter conservabit, & ab ecclesia sua Trajectensi non alienabit, & quod hoc Deputatis Statuum patria sua Trajectensis per juramentum suum addicere deberet & dignaretur, Adjungens idem Dominus Johannes Proeys Decanus: Generose Domine sunt ne verba sic habita & conclusa. Ad qua idem Dns Episcopus respondit, quod ita. Videlicet aliqua per nos & aliqua per Magistros Curia sic dicta tractata sunt. Volensque dictus Dns Episcopus, ut apparuit, petitioni eorundem suorum Statuum complacere supradictis Deputatis ibidem astantibus ore proprio publice addixit per juramentum suum ecclesiae praestitum, quod singula bona ecclesiae sua Trajectensis & nominatim opidum de Wyck, castra de Duersteden & Abcoude cum suis juribus, dominis, & attinentiis, ad eam devoluta fideliter conservabit & defendet, ac in illis nihil faciet nisi juxta Status patria sua Trajectensis, vulgariter dan by den Staten van linen Lande, Adjungens insuper si sibi aliquid adversitatis circa praemissa advenerit, quod hoc supradictis suis Statibus in tempore nunciabit, requirens

rem eosdem, ut sibi in praeiis tanquam fideles subditi assistant, ipseque eisdem suis Statibus tanquam bonus Dominus praesse vellet &c. Quod autem tertio dicit Heda, dicit non idcirco, quod ter emptus jam usufructus, sed quod tertiae hae vices, quod solutio pro re facta, semel pro ipsa re, bis autem pro usufructu. Idem in Friderico Badensi; Tum elaboratum, ut arx Dorestatum recuperaretur ex manibus Philippi fratris defuncti episcopi. Qui ingente pecunia accepta cessit. Hec fuit quinta redemptio huius arcis, qua provincia multo plus dispendii quam commodi attulit. Nam Praefectus de Gaesbeeck sub Rudolpho episcopo illam vendidit servato usufructu, cui paulo post renunciavit pro XIV. millibus aureorum. Tertio soluta fuere Antonio Burgundo in utilitatem Praefecti Culenburgensis XIII. aureorum millia. Nec tredecim tamen millia soluta ut scribit Heda. Faretur tantum de duodecim ipse Antonius in charta Anni 1472. quae se habet, ut sequitur:

Anthonium Bastardus Burgundiae, Comes de la Roche, Dominus de Bevrès, & de Beunry, & primus Cambellanus metuendissimi Domini mei Dni Ducis Burgundiae universis & singulis praesentes literas visuris seu auditoris salutem & reverentiam debitam. Cum pridem altercationis & litis materia orta fuerat inter Reverendum in Christo patrem Dominum & fratrem meum colendum Dnm David de Burgundia episcopum Traiectensem cum tribus patria sua Traiectensis Statibus ex una & nos ex alia partibus, super eo quod nos pretendebamus & asserabamus Dominia & territoria de Renen, Amerongen, Woudenberch, Driebergen, Zeyst, Leersum, Coeten, Langbroeck, Soest, Ghoy, & Houten, una cum silvis, venis, piscuis, praeiis, fructibus, proveniibus, & emolumentis eisdem Dominis seu territoriis pertinentibus, prout & quemadmodum bona memoria Domicellus Jacobus Dns de Gaesbeke, dum viveret, illa obtinuerat; nobis in vim certi contractus venditionis dictorum territoriorum & bonorum per eundem Domicellum Jacobum dum viveret & nos facti debere pertinere, illorumque omniam possessionem nobis tribuendam & assignandam, nec non jus & actionem praefato Domicello Jacobo ad Dominia seu castra de Abcoude & Duyrsteden & oppidam de Wijck competens seu competentem ad nos ex causa praeiominati contractus translatum & translatum esse, Et ea propter debita cum instantia huiusmodi Dominiorum, bonorum, castrorum, villarum, & territoriorum possessionem nobis dari & assignari, ac illam per praefatum Dominum & fratrem meum evacuati pluries petierimus, in contrarium dicto Dno episcopo & fratre meo pro se & sua praefata patria Statibus asserente & dicente praefata universa & singula territoria, castra, dominia, villas, & bona sibi suaeque ecclesiae Traiectensi vigore etiam certorum contractuum inter suos praedecessores episcopos Traiectenses atque praedictum Domicellum Jacobum actorum

& conclusorum pertinere, Quodque illorum omnium & singulorum iusto titulo
 possessionem ad usum sua ecclesia adeptus erat, a qua non poterat nec inten-
 debat recedere, aut illam evacuare, nisi iusto & competente iudicio prius
 evictus foret, offerens se velle stare juri coram quocumque competente iudice
 ac rei iudicata parere, prout hoc & alia ad hoc deservientia per literas con-
 tractuam desuper habitorum hinc inde plenius patent, & qua omnia coram
 dicto Domino & fratre meo ac tribus patria sua Statibus predictis propter
 hoc specialiter convocatis & congregatis ac nostris Deputatis sapius hinc inde
 proposita sunt & allegata, notum facimus, Quod nos super predictis mature
 habita deliberatione cum peritis & prudentibus viris de prefati metuen-
 sissimi Dni mei Ducis consilio considerantes & ponderantes, quod eventus
 litium sint dubii, aliisque consideratis, qua materia huiusmodi deservire vide-
 bantur, propter affectionem & honorem, quibus prefato Dno fratri meo e-
 piscopo ac sua ecclesia in sui favorem afficimur, tractavimus, concordavimus,
 & super dicta controversia transigimus cum eodem Dno & fratre meo ac sua
 patria Statibus, hoc modo videlicet, quod idem Dns & frater meus pro se &
 ecclesia sua ac veteris Statibus patria sua nobis pro nostro interesse, jure, & ex-
 pensis solveret, prout jam solvit, certis terminis elapsis summam duodecim
 millium florenorum Renensium quadraginta grossis Flandricis pro floreno
 computatis, de qua quia illam debite & legaliter nobis solvit, ipsum, ac suam
 patriam, suos subditos, ceterosque ad quos spectat quitancia, quitamus per
 presentes, Nos vero pro nobis nostrisque heredibus & successoribus quibuscum-
 que cessimus & renunciavimus, ac per presentes cedimus & renunciamus ter-
 ritoriis, villis, dominiis, castris, pascuis, silvis, venis, redditibus, & pro-
 ventibus huiusmodi specificatis supra & declaratis, ac omni juri & actioni
 nobis in eisdem & in singulis eorum pertinenti quacumque ex causa ad usum
 & utilitatem dicti Dni & fratris mei Episcopi, ac sua Trajectensis ecclesia
 ac trium Statuum patria Trajectensis, omne etiam jus & omnem actionem
 nobis in predictis bonis quomodolibet spectantem prefato Dno ac fratri meo
 ac sua Trajectensi ecclesia transfulimus & transferimus per presentes. Pro-
 misimus insuper bona fide & per presentes promittimus eidem Dno & fratri
 meo episcopo nunquam occasione predicta vel pro predictis territoriis, castris,
 villis, dominiis, & bonis eundem Dominum & fratrem meum aut suam eccle-
 siam vel subditos desuper per nos vel nostros heredes & successores impetere seu
 inquietare, sed ipsum & successores suos episcopos Trajectenses & suam ecclesiam
 Trajectensem in perpetuum permittere predictis omnibus bonis in genere & in
 specie pacifice uti frui & gaudere absque contradictione aliqua sub expressa hypo-
 theca & obligatione omnium bonorum nostrorum, mobilium & immobilium,
 presentium

presentiam & futurorum, quæ ad observationem presentis contractus & promissionis nostræ specialiter hypothecamus & obligamus per presentes. In cujus rei testimonium presentem cartulam signi manualis sigillique nostri duximus caractere nuntiendam. Actum Brugis Anno Dni millesimo quadragesimo septuagesimo secundo, die vero vicesima secunda mensis Aprilis post Pascha. Sic signatam &c.

Laudatur hic Antonius ut vir strenuus, ut bellicosus, & prudens. Philippi Boni Burgundiæ Ducis filius naturalis. Fratri Carolo militavit. Postquam vita is concessisset ad Regem Franciæ defecit magnus Bastardus a Francis vulgo appellatus. Nec filios reliquit nisi nothos Antonium & Nicolaum Præpositum & Archidiaconum S. Petri Ultrajecti. Gerardus Noviomagus de Nicolao in schedis ita: *Venerabilis, circumspectus, & egregius vir Dns & M^r. Nicolaus de Burgundia presbyter Remensis diocesis Apostolica collatione & provisione Præposituram & Archidiaconatum S. Petri Trajectensis obtinuit anno 1498. quarto decimo Kal. Junii. Filius fuit hic Nicolaus Antonii tertii Bastardi Philippi Boni, Comitis de Roche, & Domini de Tornechem, qui post mortem Caroli &c.* Dorstadum porro ut jam dixi lib. 1. de Nobilit. cap. 15. celebris olim urbs. Batavorum etiam vocant. Sed vix possum mihi persuadere, ut credam recte ita fieri, cum nullæ ibi inveniuntur Romani ævi rudera, nullæ antiquitatis reliquiæ aut numismata, quæ in vicinis tamen ad Rheni ripas repeririuntur non pauca. Oppidum id ad Vahalim quærendum putat Lipsius ad Taciti lib. 5. hist. in fin. Nec vero multum dissimile id, cum & circa Noviomagum & in locis circumjectis plurima inveniuntur Romanarum antiquitatum & insignia monumenta. Vid. Smith. oppid. Batav. cap. 1. De vendito usufructu, qui sic vendi non potuit §. 3. Inst. de usufr. ultra nihil addo. Id dupondiis jam notum.

CAPUT XXV.

1. De Dominis de Nyenrode.
2. De Dominis de Amstel, de Woerden,
7. de Iselfsteyn.
3. Quicquid olim ad Vechtiam, Vesopum, Muda, & multa alia diocesis ex asse.
4. Etiam olim Woerda.
8. Etiam Iselfstadium.
5. & 9. Ab ea quando distracta hæc.
6. Amstelii ditio quam ingens.
10. Varia olim fortuna opidi de Iselfsteyn.

Et hi quod sciam in diocesi qui vel codicillis vel temporis præscriptione jus Egladii consecuti. Plures sunt, qui usurparunt, sed quia quicquid ab his factum facti tantum non juris, non necesse est ut unumquemque singulatim commemorem. Quid necesse enim, ut dicam eo etiam aspiratum a To-

parcha de Nyenrode? Quod adspiravit id certum. Nam & scripto deinceps cavet nunquam iterum tentaturum se.

Allen den ghenen die desen brief sellen sien of horen lesen doe ic verstaen Gifbrecht van Nyenrode Ridder, dat ic geloofst, gesekert, ende gesworen hebbe enen Eersamen Vader in Gode mynen lieven Heere Haren Johan van Arckel Biscop t'Utrecht, dat ic voertaan syn beste doen sal, daar icket mit eeren doen mach sonder argelisk, ende dat ic myn geenre hoogen gerechte onderwynden sal binnen synre landen, noch ghene saacken aan myn trecken, die in myn leyge gerechten vallen, daar synre hooge Gerechte ofte Heerlicheyt mede verargert ofte verhindert mach worden, maar mynen Heere voersejt ende synen Boden te vorderen ende te helpen na mynre macht, dat sy der voersejder hooger gerechte ende Heerlicheyt vrylicken gebruycken mogen, ende alle saacken berechten moghen, die daar in roeren, ende hem te berechten behooren. In oirtonde deser dingen so heb ic desen brieff besegelt mit mynen segel. Ghegeven in't jaer ons Heeren M. CCC. LVIII. op sinte Odulphus avont.

Quid necessesse ut de aliis? Duos tantum dicam ante aliquot secula in 2. diocesi potentissimos, aut tres, si ita placet, Dominum de Amstel, Praefectum urbis & arcis Woerden, & Dominum de Yselsteyn. Quod ad duos priores, supremæ jurisdictionis, dum uterque & Antistiti & simul Comiti Hollandiæ rebellis movet bellum, uterque usurpator. Sed dum suis non contentus uterque in eo totus, ut potestates producat, ut simbrias extendat latius, & non concessis fruatur, dum ingenii inquieti frangit fidem & frangens non exhorret perjurium, dominiis tandem excidit reus majestatis, & exul semper, & extorris. Armis positus, quæ uterque adversus Comitem sumpserat, cum coaluisset pax ea lege, ut si forsan duorum alter iterum rebellis Comiti adversus ipsum insurgeret confestim castris & dominiis excideret universis, cessuris in usum Comitis, etiam iis, quæ ab episcopo habebat in feudum, sed sine episcopi præjudicio, Comite ipsum agnituro, & quæ præstita a Praefectis fidem ipsi, hominum, & servitia præstituro, conditio extitit non diu post Florentio astu capto & cæso a conjuratis. Confiscata tum omnia. Hollandis cessit Woerda. Cesserunt Muda, & multa alia, feuda tum Trajectensia, & Amsteliæ tota ditio. Sic pactis enim cautum, quæ primus ex Archivis vulgavi in præfat. *ad lib. 3. de Nobilit.* Stetit pactis episcopus. Stetit Comes, dum præstat, quicquid præstitum ab Amsteliis & Hermanno van Woerden, censum, fidem, hominum, salvo episcopo jure gladii & supremo dominio. Publicas dedit tabulas, quibus palam id fecit & testatus diferte est Joannes filius Florentii & successor in Comitatu Ann. 1297.

Wy Johan Grave van Holland, van Zeeland, ende Heere van Vriesslant maken kondt

kendt ende kennelyck allen den ghenen, die desen brief sullen sijn ofte hooren *Stads van*
lesen, dat wy van allen twist die geweest heeft tusschen onsen lieven Neve *Utrecht*
Haren Willem Bisscop van Utrecht op te ene syde ende ons op te ander syde over *Copyboeck*
een gedragen sijn om peys ende om vrientschap onder ons te hebben, ende *fol. 34*
te houdene, in deser manieren, alsoe dat wy behouden sullen, ende hebben gebelyc- *vers.*
ken alle dat goet, dat Gysebrecht die men heet Heere van Amestelle hadde
ende houdende was in't Sticht van Utrecht om die groote openbare ondaat, die
hy heeft gedaan aan onsen lieven Heere onsen Vader Florens Grave van Hol-
lant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, daar Gods die siele of hebben
moete, ende mede dat hy't verwillekoert heeft met synen openen brieve, ende
in den voersz goede sullen wy setten enen goeden man, die onsen lieven Neve
Haren Willem Bisscop van Utrecht van desen daghe dienen sal ende gelden van
den voergenoemden goede alsulcken pacht, alsoe Gysebrecht voersz, die men heet
Heere van Amstel, dewyle dat hy een Besitter daar of was, schuldich was te ge-
den, weder dat hy den pacht goede of en dede. Voert sal die Biscop van
Utrecht voersz behouden aan den voergenoemden goede alle dat recht, iff
hooge Gerechte, of andersints dinghe, die hy daar aan schuldich is te behoudene
ende te hebben, in wat manieren dattet sy. Voert so sullen wy besitten met
onsen Boden Myyden, Wesepe, ende t' goet by der Vecht, totter wylen dattet die
Biscop van Utrecht mit seven Stolen van synre ecclesie gebonden heeft, dattet
synen Gestichte toebehoort, ende dattet syns Gestichtes voersz eygen is. Ende
wanneer hy dit gebout gedaan heeft als voersz is, so sal hy dit goet besitten ende
gebraycken vrylicken &c. Voert so sullen wy geheelicken ende al behouden ende
hebben t' goet toe Woerden, mit alle dat daar toebehoirt, ende daar inne setten
onen man, die Haren Willem Biscop van Utrecht doen sel van den goede voer-
genoemt al dat men hem dair of sculdich is te doen, ende dair in sal hy behouden
ende hebben dat recht, dat hy daar in sculdich is te hebben ende te houden &c.
& panto adhuc infra. Van den hoogen gerechte van den Lande van Woerden
sal wesen alst is voersz van den Lande van Amstel. Gegheven op St. Martyns
dach in't jaer ons Heeren M. CC. XCVII.

Non otiosa autem verba hæc: dat wy van allen twist die geweest heeft tus-
sehen onsen lieven Neve Haren Willam Biscop van Utrecht op te ene syde, ende
ons op te ander syde over een gedragen sijn &c. Ita enim & Wilhelmus in li-
teris eiusdem anni: Dat wy van allen twist de geweest hevet tusken onsen lieven
Neve Janne Grave van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, op
die ene syde ende ons op die ander syde over een sijn gedragen &c. Res puro se 3.
habet ita: Armis Comes cum occupasset terras & Dominia de Amstel & de
Woerden, episcopo non audito, qui superior erat Dominus, neglecto eo

& invito, contemptum simul & injuriam episcopus non ferens terram Comitum universam interdicto supposuit. Grave id admodum Comiti maturavit transactionem, qua & foedus percussum & interdictum remissum. Charta ejusdem anni.

Wilhelmus Dei gratia episcopus Trajectensis universis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus Wilhelmus Clawerdi clericus nobilis viri Johannis Comitis Hollandia, Zelandia, & Domini Frisia, qui postulavit dictum Dominum suum Comitem Hollandia, & quosdam nobiles sibi adherentes a quadam sententia ratione Domini terra de Woerden & de Amstel in eundem Dominum & nobiles sibi adherentes per nos lata Sedis Apostolica auctoritate & nostra ordinaria ad cautelam absolvi, & interdicti & suspensionis sententias in terra dicti Comitis promulgatas sub eadem cautela revocari, habens idem Clericus ad omnia praedicta petenda a dicto Comite & praedictis nobilibus mandatum speciale, Nos igitur post concordiam plene inter nos & ipsum Comitem habitam & nobiles praedictos, Sedis Apostolica & nostra auctoritate ad cautelam absolvimus &c. Datum apud Trajectum Ann. Dni M. CC. XCVII. in crastino beati Dionysii & sociorum ejus.

Quod ad Mudam autem, ad Vesopum, & cetera, quae ad Vechtam non diu quin impleret, quod convenerat inter partes, Antistes in mora. Stolatus praestitit juramentum & praestitit non diu post cum septem stolis solemniter. Publicum de eo instrumentum ad rei memoriam:

Ex Archi-
vis Hol-
landicis.

In Dei nomine Amen. Anno ejusdem M. CC. nonagesimo septimo, indictione undecima, mensis Octobris die nona, in presentia Venerabilium virorum Prelatorum ecclesiarum Trajectensium, mei Notarii infrascripti, & testium subscriptorum constitutus Reverendus Pater Dominus Wilhelmus Dei gratia Episcopus Trajectensis pro se & ecclesia sua ex una parte, Frater Heynricus dictus Wisse ordinis Fratrum minorum, & magister Wilhelmus Clawerdi Capellanus, & ad omnia infra scripta facienda, videnda, & audienda constitutus Procurator ab illustri viro Johanne Comite Hollandia ex altera, assererant, quod de omni discordia super bonis de Aemstelle & de Worden inter ipsos esset in hunc modum concordatum, quod postquam dictus Dominus Episcopus cum septem stolis de sua ecclesia juramento firmavisset Mudem, Wesepe, & alia bona juxta Vechtam jacentia cum suis attinentiis ad se & ecclesiam de jure pertinere, ex tunc Mudem, Wesepe, & alia bona praedicta deberet idem Dominus Episcopus libere & pacifice possidere. Et cum dictus Dominus Episcopus requireret, ut ad hujusmodi juramentum faciendum ecclesia sua sibi assisterent, prout tenebantur, consilio prahabito, ipsi episcopo ab ecclesia est responsum, quod non solum bona praedicta, sed omnia bona quae tenuerunt de Amstelle & de Worden

Worden Domini parati essent stolis & juramento tenere, quod ad Dominum Episcopum & suam ecclesiam Trajectensem de jure pertinerent, fratre Heynrico & Magistro Wilhelmo predictis respondentibus necesse non esse de aliis bonis jurare, cum esset concordatum inter Dominum Episcopum & Comitem predictos de bonis de Aemstel & de Worden Domino episcopo debere per nuncium Comitis dari & persolvere tam pactum quam omnia alia que Dni de Aemstel & de Woerden persolverunt, vel persolvere de jure tenebantur, debere item ipsum Episcopum uti & frui omnibus juribus ad ipsum Episcopum de jure spectantibus. Quibus actis dictus Dns Wilhelmus Episcopus, Arnodus de Foresto Decanus, Petrus Eremberti Diaconus majoris, Magister Wilhelmus de Daventria Presbyter sancti Salvatoris, Wilhelmus Tullo Diaconus sancti Petri, Wilhelmus Diaconus sancti Johannis, & Theodericus Ere Presbyter sancta Maria, ecclesiarum Trajectensium Canonici stolis & juramenti firmaverunt Muden, Wesepe, & alia bona juxta Vechtam jacentia cum suis attinentiis esse propria dicti Domini Episcopi, & sua ecclesia predicta, & ad se & ad suam ecclesiam de jure pertinere. Acta sunt hac Trajecti in Capitulo ecclesie Trajectensis, presentibus ibidem Venerabilibus viris Henrico Abbate monasterii sancti Pauli, Huberto Prapposito sancta Maria, Giselberto Decano sancti Petri, Johanne dicto Frisone Chori-Episcopo, & Rodolpho de Stoutenbergh majoris, Johanne dicto Visckere, & Theoderico dicto Vrencken, Mattheo Engelberti sancti Salvatoris, Heynrico dicto Bouchout, & Johanne dicto Coclair sancti Petri, Magistro Hermanno Meynardi, & Gerardo de Reden Decano sancti Johannis, Magistro Reynero Calander & Johanne dicto Frisone sancta Maria ecclesiarum Trajectensium Canonici, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Erembertus Henrici de Trajecto sacri Imperii publicus auctoritate Imperiali Notarius premissis omnibus & singulis presens interfui, & ea ad preces Dni Episcopi, Fratris Heynrici, & Wilhelmi predictorum fideliter conscripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque consueto signo signavi.

Multa erant quae ad Vechtam. Demen etiam, seu ut vulgo jam Diemen. Dono dederat Otto Magnus. Otto item II. chartis quae apud Hedam hist. Ultraj. p. 86 & seqq. Etiam Henricus IV. charta adhuc nondum visa:

In nomine sancta & individua Trinitatis Henricus divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus consecrata bonam voluntatem habuerimus id ad eternam beatitudinem nobis profuturum liquido credimus. Quocirca fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum noverit industria, qualiter Wilhelmus Trajectensis ecclesie venerabilis episcopus, quae est consecrata in honore sancti Martini, obtulit obtutibus nostris quasdam auctoritates constitutioni:

tionis regum antiquorum, in quibus continebatur, quod ipsi ad prefatam ecclesiam quasdam res sui juris in proprium concessissent, id est, quicquid in villa Ametha habere videbantur, thelonium etiam iuste portinent ad eandem villam, quod Waldgero jam olim in beneficium concessum fuerat, omnem vero piscationem in Ahnere, quam ad suam regalitatem habuerant pertinentem. Insuper etiam terram quam Atto Comes in Lona habuit, quinotiam quicquid in utraque parte fluminis, quod dicitur Fech, habere dicebantur, cum omni integritate, terris, silvis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, stagna etiam & lacus, qua ex eodem flumine Fech derivantur, de cetero terram, quam Atto in loco Eki habere videbatur, & ad regale jus iudicario more pro sui ipsius commissio fiscata erat, ob firmitatem tamen rei, ut ista verius credantur, firmius recolantur, postulavit nos predictus episcopus, ut antecessorum regum morem exequentes huiusmodi nostra auctoritatis preceptum ob amorem Dei & reverentiam sancti Martini circa ipsam ecclesiam fieri censeremus, Cujus petitionibus & nos pro divina retributionis desiderio & patri nostri Henrici & avi nostri Conradi imperatorum remedio nec non ob interventum nostra dilecta matris Agnetis imperatricis Augusta libentissime acquiescentes precipimus firmiterque jubemus ab hoc die & deinceps, sicut antecessores nostri reges seu imperatores ecclesie Dei concesserunt, ita & per nostra regalitatis auctoritatem in omnibus prenomnatis rebus prefata ecclesia sit concessum, ac jure perpetuo delegatum. Et ut hac auctoritas firmior sit manu nostra illam firmavimus & sigillo nostro insigniri iussimus.

Quod autem ab episcopis in feudum concessa hæc locuples fatis testis est Otto de Lippia episcopus Trajectensis charta Ann. 1225.

Otto Dei gratia Trajectensis episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum fideles nostri milites Giselbertus de Amestelle & Henricus de Velde habuissent in commune pactum a nobis & successoribus nostris justitiam de Muden cum decimis, thelonio, terris, piscationibus, & omnibus aliis utilitatibus ad eandem justitiam pertinentibus, & justitiam de Demen cum decimis, terris, piscationibus, & omnibus aliis utilitatibus ad eandem justitiam pertinentibus, idem Henricus quicquid juris in eodem pacto & in eisdem bonis habuit spontanee coram nobis & ministerialibus ecclesia nostra in manus nostras publice resignavit ad opus dicti Giselberti de Amestelle, & nos de concilio Priorum, hominum & ministerialium ecclesia nostra consensu, in pactum perpetuum & hereditarium predicta bona eidem Giselberto soli & suis successoribus, quicumque in linea recta consanguinitatis prioribus decedentibus propinquiores inveniuntur, pro triginta libris Trajectensis moneta annuatim, quindecim libris persolvendis in vigilia Pasche, & quindecim

TRACTATUS. CAP. XXV. 425

quindecim libris persolvendis in vigilia Pentecostes, & hoc quidem dicto modo ei concessimus & suis successoribus, quamdiu ipse & sui successores idem pactum terminis statutis persolverint, nisi de nostra vel successorum nostrorum voluntate forte ad aliquem terminum solutio differatur. Ut autem hac rata, & inconvulsa, ac perpetua permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Trajecti, Anno ab incarnatione Domini M. CC. XXV. quarto Kalendarum Aprilis. Testes sunt hi; Theodericus Marchio Prapositus, Reynboldus major Decanus, Wiegerus Prapositus sancti Petri, Wolframms sancti Salvatoris, Gyselbertus sancti Johannis, Andreas sancta Maria, Decani Trajectenses, Alpharus Marscalcus, Walterus Comes de Ghoy, Gerardus de Dolre, Arnoldus Louff, Gilbertus de Bole, Egidius de Amestelle, Henricus de Loenrestote, Albertus Senior, Albertus Junior de Wlyen, Stephanus Pincerna, Gilbertus Camerarius, Hermannus de Woerden, Gerardus de A, Gerardus de Merlo, Gilbertus de Vechten, & Fridericus de Vechten. Add. & quæ dixi lib. 2. de Nobilit. p. 199.

Sic Amsteliis olim data hæc ut Præfectis de Woerden Woerda & ejus 4. ditio. Nam quod ad Woerdam nemo dubitet. Abunde id patet ex jam dictis, quod spectavit ad dioccesin. Non ignobilis olim urbs. Familia etiam vetustissima, cui nomen de Woerden. Utrum ipsi ab urbe id, an contra urbi ab ipsa, non satis puto adhuc constat. Mentio jam Hermanni de Worthen in charta Ann. 1131. Andreæ episcopi, ubi multi qui subscribunt, & inter ceteros etiam hi: Arnoldus Castellanus, Alfero Scultetus, Egbertus de Amstel, Hermannus de Worthen, Bertolt de Lindescot, Godefridus de Amestelle. Arx extructa ab eo, qui Andreæ successit, Godefrido de Rhenen. Hæda in ej. vit. Nec extructa in alieno, sed in solo Trajectensi. Diocæsis olim duplex, superior, & inferior. Inferior continebat terrarum omnem illum tractum, qui inter † Nodam & Bodegraven, ut agnovit Wilhelmus Bavarus charta ann. 1351. & mater ejus Margareta charta anni sequentis: Voert so en salmen den Borgeren van Utrecht nochte eenigen welgeboren St. Martyns dienstman, die in den Gestichte van Utrecht woonachtich ware hoer lyf noch goet niet besetten, noch beclagen van scade, noch van scoude tusschen der Noode ende Bodegraven, also alst den Bisscop ende den Stichte van Utrecht van outs toebehoort heeft, ende was, eer die oorloge began. Ende desgelyck en selmen geenen Welgeboren St. Martyns dienstman besetten binnen der Stadt ofte binnen den Lande van Utrecht voersz, die binnen desen voersz palen sitet als voersz. is. † de Greb ut jam dicunt.

Verum temporis progressu & crebro bellorum motu, quæ inter Trajectenses & Hollandos deinceps orta, neglectum hominum. Crebro dico bellorum motu. Nam & statim sequenti anno transactionem jam dictam bellum

H h h

bellum

bellum rursus exarsit, ut patet ex charta hac Ann. 1298. des Sonnendäghs post natiuitatem Mariæ: Ic Diederijc van Harlaer make kondt allen den genen, die desen brief sullen sien ofte hooren lesen, dat ic ghelouet hebbe trouwelicken te dienen mit al mire macht, mit mynen lieden, mit mynen Huysse, ende mynen lande ter Ameyden, enen Edelen Prince, mynen lieuen Heere Janne Grave van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, tiegens Elaren Willaem Biscop van Utrecht, also lange alst oorloge geduyrt, dat nu is tusschen dese voersejde Heeren. Voert so heb ic geloost mynen voersejden Heere den Grave van Hollant, dat ic hem sal doen ruymen myn Huys, dat ic staande hebbe ter Ameyden te synen vermane, dat hy dat mach doen besetten te synen wille mit synen luden, ende syne vyande daar af s'oorlogen, also langhe alst voersejde oorloghe duyrt, dat nu is tusken dese voorsz. Heren &c. Neglectum autem hominum non Comitum tantum culpa, sed ipsorum etiam Antistitum, qui dum questi perfidiam, dum ob eam, ut iactabant, negant Comiti investituram, viam ei aperuerunt, qua supremum & absolutum usurpavit dominium. Vi tamen nihil actum. Contra quoties repetita pax feudorum investituram Comes etiam semper pactus. Et nec aliter pax coiit. Sic foedus est verbi gratia quod factum cum Wilhelmo qui V. ejus nominis Ann. 1351. & quod secutum sequenti anno cum matre ejus Margareta plane ejusdem tenoris. Diserte utroque illo cautum, ut Antistes aut investiret, aut si nollet, si differret rem, manerent omnia in suo statu, & Comes interim possideret sic ut hactenus possedisset: Voert so sal die Biscop ons beleenen die Heerscap van Amstel ende van Woerden, mit allen hoeren Rentten, mannen, ende toebeboren in alre manieren, also die Heeren van Amstel ende van Woerden van den Sticht die te houden plegen, behouden elcker malc syns rechts, Ende wy sullen voert meer den Stichte van Utrecht voersejt uytreycken jaartycks alsulcken pacht, also die Heeren van Amstel ende van Woerden den Stichte van Utrecht dair of te geven plagen, ende en woude ons die Biscop voersz niet belenen; so soudt blyven in allen manieren dattet stont ende was, eer dat die oorloge began, behouden elker malc syns rechts, Ende wanneer wy hem die brieven van den soene overleveren besegelt, so sal die Biscop ende die Stadt van Utrecht ons overleveren dat Huys tot Woerden voersz, ende so sullen wy hem weder uytreycken ende betalen alsulck gelt, also aan den huysse van Woerden vertimmert hebben tot seggen des Heeren van Arckel ende Johans Heete van Cuytenborch &c. Sed episcopus dum tricatur, bellum iterum exortum. Rursus autem confecto eo inter pacis conditiones Ann. 1356. Voert sal die Biscop voersz ons verlyen die Heerscappen van Amstel ende van Woerden, ende die manscap van Cuyck met zynen toebehooren, ende voert alle goet, dat onse Voorvaders Graven van Hollant van den Gestichte van Utrecht te houden

bouden plegen, behoudens hem ende synre ecclesie hoers pachts ende elcker maic zjns rechts. Sed quantum memini ne tum quidem ab episcopo quicquam prætstitum. Manet ergo, ut convenerat, suo loco possessio. Atque ita tandem Comitatu, cum Antistes aut nihil aut aliud ageret quam oportuit (nam adversus vicinum validum & præpotentem in armis non multum spei) adjuncta ditio hæc, de qua quæstio. Nequaquam id omittendum. Nam vel imprimis id memini, ut simul etiam ostenderem, quo jure Woerda, Amstellandia, ut & Mida Hollandorum. Nam res plane est obscura & multi in eo operam non ignobilem posuerunt ut illustrarent, quantum possent. Etiam Buchelius, vir qui Trajectensium antiquitatum peritissimus, sed is paulo aliter, & nescio an satis recte (nam nec meminit diplomatum, quæ adduxi jam statim) in epistola ad Amicum, quæ hactenus nondum visa. Prolixior aliquanto est & Hollandis parum favens. Edam alia occasione, Interim nihil certius quam quod finibus non angustis Amstelii ditio conclusa. Ad sinum maris Australis, etiam ubi Amstelodamum jam, terrarum partem complectens. Vir illustris & præpotens, ut si non aliunde, si non posset id ex opibus, ex facultatibus, colligi, abunde id tamen posset ex fidejussoribus, qui & ipsi illustres & præpotentes, ab eo Comiti Hollandiæ olim datis intelligi. Charta Ann. 1285. *Allen den genen, die dese letteren sullen sien ofte hooren* * Willaem van Amestelle Provest van sinte Jans van Utrecht, * Hujus est tiam charta Ann. 1288. *Gysebrecht Heere van Amestelle, ende Aernout van Amestelle Saluyt ende waarheyt te bekinnen. Wy maken U. kont. ende verliën dat mit desen tegenwoordighen letteren, dat wy schuldich syn enen Moghenden manne onsen Heere den Grave van Hollant twee dusent pont Hollantscher penningben, die ghenghe ende gave syn, wilke twee dusent pont wy drie broeders voergheseget. beloven den voersejden Grave te betalen geheelike ende altemale mit goeder trouwen te sinte Martyns misse des winters in den jare ons Heeren Dusent twe-hondert ende ses ende tachtich, Ende om dat dese voerghenoemde Grave des also vole ende seker sy, so heb wy hem te borghe geset den Heer van Horne, den Heere van Kuyc, den Heere van der Lecke, den Heere van Hoefdunen, den Heere van Herlaar, den Heere van Strien, Haren Janne van der Lede, den Heere Bot van der Eme, Haren Gysebrecht uten Goye, Haren Jacob van den Woude, Haren Herbaren van der Lede, Janne van Tholloyse, Troueys van Mordrecht, Gysebrecht uten Goye, ende Wouter van Langeraaik, Ende dese syn borgghen voor altemale mit gesamender hant elc voor al &c.* Utrumque agnoscebat ut vasallus utriusque & episcopum & Comitem. Quod ad Comitem certum est. Fatetur ipse id expresse. Charta Ann. 1291.

Nobili Domjna sup Comitissa Hollandia Giselbertus Dominus de Amestelle

se & sua & suorum. Ad vestram Domina Reverenda & ad omnium notitiam, quibus tenorem presentium videre vel audire contigerit volumus quod pervenias, & protestamur publice, quod nos omnia adificia nostra in Lonen constructa aut construenda ibidem tenemus in feodo ab illustri viro Domino Comite Hollandie sicuti alia bona nostra, qua ab ipso recepimus feodaliter possidenda. In cujus rei testimonium presentes literas sigillo nostro fecimus roborari. Datum Ann. Domini M. CC. XC. primo Dominica infra octavas Laurentii.

Quod ad episcopum etiam certum. Nec dubitari de eo debet. Audiat si quis dubitet, quid Guido Comes Flandrie, delato ipsi arbitrio, pronuntiarit inter disceptantes Episcopum, Florentium, Florentii V. patrum, qui Hollandie erat Tutor, & Giselbertum ab Amstel in charta Ann. 1257. Ordinamus etiam, inquit, quod Dominus Giselbertus de Goye & Dominus Giselbertus de Amestelle cum amicis suis usque ad quingentos discalceati & in lineis veniant ad ecclesiam beati Martini in Trajecto ad diem Dominicam proxime subsequentem, & flexis genibus veniam & misericordiam ab ipso petant humiliter de commisso, & quod Dominus Episcopus eos amabiliter recipiat, & forefacta, qua commiserunt, misericorditer condonet eisdem. Debent etiam jurare dicti G. & G. quod de cetero ecclesia Trajectensi vel Domino Episcopo injuste nullatenus se opponent, sed ei tanquam Domino suo de cetero servient bona fide, &c. Quod Curia etiam episcopi competens ejus forum ex eadem mox patet: Si vero Dominus episcopus terram vel aliquid aliud ab ipso Giselberto petere voluerit, volumus & ordinamus, quod ipsum in Curia sua super hoc conveniat, & justitiam ei faciat prout decet: & mox: Omnibus autem Coadjutoribus Domini Florentii de Domino episcopo conquerentibus debet Dominus episcopus, si ipsum super hoc requisierint, facere in Curia sua justitiam &c.

Arnoldus frater Giselberti proscripito fratre & confiscato in prædia se abdidit & ad Eytheren concessit locum prope Ysulstadium. Ubi tamen non diu vixit defunctus Ann. 1299. ut conjugis ejus charta non obscure id significat:

Doarium
viduæ Ar-
noldi van
Amstel.
Gisberti
fratris
conjura-
tionis rei.

Ick Vrouwe Janne weduwe Haren Arnouds van Amstelle Ridders make condt &c. dat een hoge Prince ende een mogende myn lieve Heere Jan Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant &c. my alsulcke gratie gedaen heeft, alse hier na geschreven staat, dat is al dat goet, dat my myn man Her Arnout voorsz gemaket hadde ter lyftochte, dat is, dat goet van den Geyne, ende van Replickerweerde, ende C. morgen lants vyff en twintich min in Polsbroec, ende vyftich morgen lants in Benschop, ende achtien mergen in Hoencoop my verleent hevet tot minen live in der manieren, dat hier na geschreven is, dat is te verstante, waer dat sake, dat ick enen man name buyten myns Heeren wille voersz, so soude die C. mergen lants

vff

ryff en twintich min in Polsbrouc , ende die vyftich mergen-lants in Ben-
 fcop , ende die achtiën mergen in Hoencoop vrilicke sonder enich wederseggen
 weder comen an minen Heere voorsz , off an synen oir , mer dat goet van den
 Gheyne ende van Replickerweert soude ic behouden te minen live, ende na mire
 doot sal't comen an minen Heere voorsz , off an sinen oir , ende waar dat
 fack dat ic geenē man en name , ofte enen man name by sinen willen ende
 toedoene , so soude ic al dat goet behouden , ende befiten tot minen live , en-
 de na miere doot weder ic kinder wonne off en dede soude dat voorsz goet weder
 comen an minen Heere vorſz , off an sinen oir sonder eenich weder talen , want
 icker anders niet an en hebbe dan lyftochte , ende bekenne , ende verlie , dat ic noch
 niemant anders eenich recht hebben an dat goet na miere doot , Mer dat goet
 alse voorsz is sal geheliks ende al comen an minen Heere voorsz , off an si-
 wen oir . In oorkonde van desen brieve beſegelt met minen ſegele uythangende . Ge-
 geven des Dinxendages na onſer Vrouwen dach ter lichtmiſſe , in't jaer ons
 Heeren M. CC. negentich ende negen . Geextraheert in de Register Camer
 van Hollant uyt het Register buyten opgeteyckent E. L. U. ſtaande aldaar fol.
 4. Ende is dit extract nae collatie daar mede bevonden t'acorderen , den twee-
 den Junii. 1635. By my Greſſier van de Leenen des Graaffelickheyt van Hol-
 land &c.

* Arnoldi filius Gifelbertus cum haberet Iſulſtadii etiam domum ſeu ca- 7.
 ſtrum habitatum ſe eo contulit , & ut eo transferretur parochialis eccleſia , quæ
 erat Eytheræ , impetravit , non difficile ſe præbente epiſcopo Trajectenſi,
 ut nec , cujus intererat , & cui jus patronatus , collegio Canonicorum eccleſiæ
 S. Mariæ . Teſtis ipſe eſt Gifelbertus . Teſtis etiam Iohannes epiſcopus
 Scopuleniſis . Ita tabulæ utriuſque .

Nos Johannes Dei gratia epiſcopus Scopuleniſis uniſverſis præſentia viſuris &
 audicuris notum facimus præſentibus proſitendo , Quod cum vices Reverendi in
 Chriſto patris Domini Guidonis epiſcopi Trajectenſis per ſuam diœceſim gere-
 remus in Pontificalibus nos apud Iſelſteyne pro conſecranda ibidem eccleſia paro-
 chiali de novo erecta & illuc de loco Eytheren tranſlata conſtituti interſuimus , vi-
 dimus , & audivimus , Quod ſtrenuus vir Dominus Gifelbertus de Yſelſteine
 miles convocatis ad hoc hominibus juſtitiariis & communi populo dictæ parochia
 recognovit publice jus patronatus ſeu collationem dictæ novæ eccleſiæ ad honorabiles
 viros Dominos Decanum & Capitulum eccleſiæ B. Mariæ Trajectenſis legi-
 time pertinere perpetualiter omni eo jure , quo jus patronatus ſeu collatio
 dictæ veteris eccleſiæ in Eytheren ante tranſlationem hujusmodi pertinebat ,
 & nihilominus in recognitionem juris hujus idem miles ſupportavit , ex-
 ſeſtucavit , & tradidit pure , ſimpliciter , ac ſolemniter ore & calamo

Arnoldo de Xantis Canonico dicta ecclesie B. Mariae Trajectensis presenti & recipienti vice & nomine Decani & Capituli predictorum jus & proprietatem fundi dicta nova ecclesie juxta terminos ipsius ecclesie & cimiterii ejusdem in consecratione eorum limitatos. In cuius rei testimonium & memoriam sempiternam sigillum meum appendi fecimus huic scripto. Actum in dicto cimiterio & datum feria quarta post diem Pasche Ann. Domini 1310.

Univerſis presentia viſuris & auditoris Giselbertus de Yſelſteyne miles ſalutem & ad perpetuam rei memoriam cognoscere veritatem. Cum reverendus in Christo pater ac Dominus meus Dominus Guido episcopus Trajectensis ad huiusmodi supplicationem meam ecclesiam parochialem in Heteren spectantem ad presentationem seu collationem honorabilem virorum Dominorum Decani & Capituli ecclesie beatae Mariae Trajectensis tranſtulit ad locum sive fundum meum in Yſelſteyn accedente ad hoc consensu benivolo Decani & Capituli predictorum, Ne igitur ex translatione huiusmodi eidem Decano & Capitulo in iure eorum possit processu temporis per me aut meos heredes aliquod de facto, cum de iure non possit, detrimentum aut praedictum generari, ipsis Decano & Capitulo proprietatem dicti fundi mei, in quantum eadem ecclesia translata ac cimiterium occupant ac occupabunt, liberaliter dono & cedo, & in eos pure & simpliciter transfero per presentes, recognoscens publice jus patronatus seu collationem dictae ecclesie in Yſelſteyne sic translatae ac veteris ecclesie in Heteren antedictae ad dictos Decanum & Capitulum libere pertinere cum eo iure, quo eidem ecclesie in Heteren jus patronatus seu collatio ante translationem huiusmodi pertinebat, Promittens bona fide pro me & meis heredibus, quod circa dispositionem dictarum ecclesiarum tam nova quam veteris de iure dictorum Decani & Capituli, ut praemittitur, nunquam processum ipsis aliquo ingenio sive causa ego vel mei heredes quicquam debemus sicut nec de iure potuimus usurpare. In cuius rei testimonium & perpetuam firmitatem dedi has literas memoratis Decano & Capitulo sigillo supradicti Domini episcopi, quod presentibus apponi rogavi, ac meo sigillo proprio sigillatas, Et nos Guido Dei gratia episcopus Trajectensis predictis confitemur sigillum nostrum ad rogatum dicti Giselberti militis his literis appendisse in majus robur & testimonium praemissorum. Datum anno Domini M. CCC. decimo sabbatho post diem beati Martyris Tiburtii.

8. Iſulſtadium tum temporis & regio omnis circumjecta in episcopi potestate. Nam is dominus dioecesis. Praecipuum tamen jus Capituli S. Mariae. Nec alta nec media iurisdictione Toparchae. Alta erat episcopi. Media autem Capituli. Neutra Domini de Yſelſteyn, nisi postquam is descivisset, nisi postquam Iſulſtadium a dioecesi distractum. Quod imprimis tum factum, cum ad Dominos de Egmont contractis nuptiis tam a aliqua ex Arnoldi de-

a Cum
Guyora e-
jus nepte.

ſcenden-

scendentibus & stirpis maleolæ extinctis liberis Iustitiam devertit. Arnoldi
 filius b Giselbertus, Giselberti Arnoldus, c Otto, & Joannes. Otto quatuor
 habebat liberos Giselbertum, Bertam, Agnetem, & Christinam. Sic in
 charta Ann. 1341. *Allen den ghenen, die desen brief sellen sien of hooren lesen*
doe ic verstaen Otto van Iselfsteyn Ridder mit kennisse der waarheyt, dat ic ende
myne kinderen, alse Ghysbrecht, Baarte, Agniese, ende Kerfene, die ic hadde by
Vrou Baarte mynen wive gekomen syn in den gerechte van Benschop, dat myns
Hoeren myns Vaders is, voir sinen Scoute, voir die lantgenoten ende burren &c.
Ende op dat dit vast ende stade blive, so heb ick Otto van Iselfsteyn Ridder desen
brief besogels mit mynen segel, ende hebbe gebeden mynen Heere mijnen Vader
desen brief mede te besogelen in oircunde der waarheyt. Ende wy Gysbrecht
Frer van Iselfsteyne visconden ende kennen &c. Arnoldi filia Guyota d Joanni
 nupta de Egmond. De qua ita Wilhelmus Comes in charta Ann. 1330.
 Ende want Jan van Egmonde by onste wive genomen heeft Jonckvrouwe Guyo-
 ten Herven Aernds dochter van Iselfsteyn onser Nichten, so beloven wy hem
 dair dat sake, dat Hair Aernt van Iselfsteyn sturve sonder sone te hebben van
 Frau Marion † onser Nichten sinen wive dat wy Jonckvrouwe Guyoten, ende
 hore kinderen die sy hadde by Janne van Egmonde houden sonder in den huse tot
 Iselfsteyn, ende in allen goede datter toebehoert, ende dat van ons voert in allen
 wonden. Also onse opene brief hout voersz &c. Gegeven tot Woudrichem
 Vemondachs voor Pinxteren in's jaer ons Heeren m. dcc. xxx. Omnes
 hi obitu in episcopi clientela. Eiusdem ministeriales, ut de Giselberto, qui
 Mariscalcus episcopi, Buchel, ad Bekam in Wilhelm, episcop. Equestris
 etiam ordinis, & qui ut tales subscriperunt etiam chartis Antilitium. Agno-
 scit Comes Wilhelmus Tertius, subscribens chartæ seu statuto de molibus ad
 Leecam regendis, conservandis, Joannis van Dieft Ann. 1323. Ende wy
 gemcentre ecclesio voersz ende wy Geestelycke, ende wy Jacob by der genaden
 Gods Bisscop van Zuden &c. ende wy van den Gemeenten Lande Ghybert Hlere
 van Iselfsteyn, Sweder Heere van Abcoude, Johan van Woulenberch, Steven van
 Bulen, Henrick van der Lecke, Wy Burgemeesteren, Scepenen, ende gemeenten
 Raadt der Stadt van Utrecht &c. Ende wy Willem Grave van Henegouwen
 van Holland, van Zeelant &c. om bede wille ons liefs Heeren, Heeren Johans
 by der ghenaden Gods Bisscop i Utrecht voersz, hebben desen brief also ten oirconde
 mede
 hant ende
 d Charta
 Ann. 1363. Alle den ghenen die desen brief sellen sien of booren lesen doe wy verstaen Johan
 Heere van Egmonde ende van Iselfsteyn ende Ghyote sijn wijf Vrouw van den selven Lande,
 dat wy in pachte ontfaen hebben tot onsen live Ghyote voersz van Bersaemen luden den Dekem
 ende ghemeene Capittel der Kercken van sinte Marien i Utrecht die tienden van Ophueren &c.
 † Filia hæc Guidonis episcopi Trajectensis fratris Joannis Comitum, qui II. ejus nominis.

ta Ann.
 1190. Com-
 stitimus
 ipse Gerar-
 do fidejus-
 sores be-
 reditarios,
 videlicet
 Giselber-
 tum domi-
 num de A-
 meste
 militem,
 Johannem
 filium ejus,
 Arnoldum
 de Am-
 stolle mil-
 item, & G-
 selbertum
 filium ejus
 &c.
 c Arnol-
 di charta
 Ann. 1347.
 Ende op
 dat alle de-
 se voersz
 vorwer-
 den desen
 voersz He-
 ren vaste
 ende stade
 bliven &c.
 so hebben
 wy hem
 hier op mit
 ons te borg-
 ge gheset
 mit ghesa-
 mender
 hant ende
 d Charta

mede doen besegelen mit onsen segel &c. Quod autem nec alta nec media jurisdictionis iis, nec cuiquam ex Amsteliiis, quamdiu Domini de Yselfteyn, facti ipsi non semel, etiam publicis tabulis, ut verbi gratia Ann. 1304. Locabat iis mediam Capitulum S. Mariæ. Et vulgo ad certum tempus. Si non locasset, erat Prætor, qui jus dicebat Ifulstadii, a Capitulo constitutus:

• Berta hæc filia fuit Domini de Heuckelum fratris Domini de Arckel.

prædictarum ex altera parte pro eo & ex eo quod idem Dominus Johannes tunc Trajectensis episcopus tam de jure communi quam de antiqua & legitime præscripta consuetudine ad se nomine tunc sua ecclesia Trajectensis solum & in solidum, Prælati vero & Capitula ecclesiarum Trajectensium singulariter ad singulos Decanos & Capitula quarumlibet ecclesiarum solum & duntaxat jus visitandi Canonicos & Vicarios, servitores, & personas inibi intitulas, & procuraciones ratione visitationis hujusmodi debitas a personis visitatis recipiendi, mores ipsorum & statum reformandi, & emendandi personas & earum excessus, forefacta, & commissa ex officio corrigendi, & juxta modum & delicti qualitatem puniendi, censuras ecclesiasticas in eas exercendi, multas & pœnas indicendi, nec non de causis quibuscunque tam civilibus quam criminalibus inter eos seu eis, aut officiatis seu officialibus aut familiaribus domesticis ipsorum aut Capitulorum seu Collegiorum ecclesiarum prædictarum pro tempore motis & movendis, etiam judicialiter causas ipsas cognoscendi principaliter & immediate absque eo, quod locus præventioni per quemcunque alium judicem salva Sedis Apostolica auctoritate existit audiendi, examinandi, decidendi, & diffiniendi, & omnimodam jurisdictionem, merum & mixtum imperium in dictas personas & in præmissis exercendi libere, solum, & in solidum pertinuisse, & pertinere, ad prædictos Decanos pro tempore, & Capitula in pacifica possessione omnium præmissorum dicto tempore, & per ipsum tempus, & citra continenter notorie existisse & esse dicebant &c. Non est quidem exemplum, nec unquam memini me legisse quenquam olim a Capitulo affectum summo supplicio, sed id nihil ad rem facit. Nam in aliis etiam quam in gladio consistit jus gladii. Et varii ejus gradus. Deportatio etiam, relegatio, aquæ & ignis interdictio, cui similis excommunicatio, etiam meri imperii. De utroque autem constat & diris reos devotos, & missos in exilium, aut peregrinatum in Hispaniam, in Italiam, in Palæstinam, in Cyprum, quandoque etiam ad Divam virginem Amisfurtum, Rhenum ad Divam Cuneram, Parisios etiam in studia, aut in aliam Academiam. Et id studium pœnale. Exemplum insigne est, quod addam ex Chartulario ecclesiæ S. Mariæ.

Vice-Decanus & Capitulum ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis. Ad universorum tam præsentium quam futurorum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentis, quod quum nos prout in votis gerimus pro confratribus nostris præsentibus & futuris, & pace & tranquillitate inter nos conservanda & solidanda, zysaniaque inter nos seminata extirpanda semper studio cum diligenti laborare tenemur, ut ipsi nostri confratres in mutuo caritatis vinculo in Domino solidentur, ac ecclesia in honorem Dei & statu bona disciplina ordinetur, Deoque favente in illis conservetur, quod verisimiliter nobis grave & quasi

quasi impossibile nobis facere foras, quamdiu dissensionis materia & inobedientia inter nostros confratres subrepat, aut eorum alter tanquam indisciplinatus vagando in suis perversis actibus perseveret. Expedi igitur nobis, ne majora inter nostros fratres dissidia, jurgia, & rixa oriantur, ut ad conservationem tranquillitatis, laudis, & honoris ecclesia nostra corrigantur delinquentes. Hinc est quod Magister Petrus Ramp noster Concanonicus in multis nobis culpabilis & inobediens fuerit, sifania more pacis hostis inter nostros confratres saepenumero seminendo, caritativas nostras monitiones eidem saepe factas aure tanquam surda ad modum aspidum surdarum aures suas obturantium ne vocem audiant vocantium, pertranscendo & vilipendendo, & mala malis accumulando, plures & diversos notorios excessus perpetrando, Quorum quidem excessuum tenores sequuntur, & sunt tales: Inprimis quod dictus Magister Petrus Ramp existens in domo habitationis quondam Domini Gisberti de Waill Canonici, dum vixit, ecclesia beata Maria, sive infra emunitatem & contigua dicta ecclesia, tenuit in manu sua cultellum evaginatum super caput Theodorici de Zuylen, comminando sibi, quod vellet ipsum Theodoricum in caput suum tundere cum illo cultello. Sed impeditus per astantes & retentus id quod mimabatur complete non potuit. Tandem idem Magister Petrus in eadem domo & eodem tempore vulneravit cum suo cultello Johannem die Waill in manu sua usque ad sanguinis effusionem. Item cum alias Johannes Gisberti avunculus dicti Magistri Petri procuratorio nomine sororis sue & matris ipsius Magistri Petri eundem Magistrum Petrum coram Capitulo de & super nonnullis pecuniarum summis impetisset, idem Capitulum ad partitionem dicti Johannis inhibuit praefato Magistro Petro sub praemia obedientiae ne dictum Johannem Gysberti suum avunculum verbo vel facto offenderet. Quod dictus Magister Petrus minime curans eundem Johannem suum avunculum eodem die cum malleo in manu sua detento infra emunitatem dictae ecclesiae crudeliter invasit inhibitionem dicti Capituli contraveniendo. Item idem Magister Petrus publice coram fide dignis in dicta ecclesia dixit, quod sententia contra ipsum in causa superius designata lata esset falsa sententia, Item Capitulum nemine discrepante contulit ecclesiam parochialem de Oesterhout tunc vacantem cuidam Domino Nicolao, praesente & consentiente dicto Magistro Petro, qui magister Petrus tanquam inobedientia filius & suo Capitulo rebellis in despectum dicti sui Capituli contulit eandem ecclesiam deponit cuidam D. Wilhelmo Continont, qui D. Wilhelmus ad hoc per dictum Magistrum Petrum inductus alias minime facturus, ut fatetur, praefatum D. Nicolaum coram Officiali Archidiaconi Trajectensis super dicta ecclesia traxit in causam, D. vero Officialis praedictus cognitis causa meritis per suam diffinitivam sententiam collationem per antedictum Capitulum factam Canonicam fore pronuntiavit, dictum

D. Wil-

D. Wilhelmum Continont in expensis litis coram eo factis condemnans. Item dictus Magister Petrus quodam alio tempore, cum Domini essent Capitulariter in domo Capitulari more solito congregati & Capitulo soluto volentes dictam domum Capitularem exire, stetit in hostio domus Capitularis hujusmodi habens cultellum in manu sua comminando Dominis & dicendo in effectu: Nullus vestrum exhibit istam domum Capitularem nisi negotio meo expedito. Item cum alias dictum Capitulum de & super juribus & consuetudinibus dictæ ecclesie cum quodam tunc suo desuper adversario in Romana Curia litigasset, idem Magister Petrus existens perpetuus Vicarius in dicta ecclesia beata Maria, & sic Capitulo & ecclesia sacramento obstrictus deposuit contra Capitulum, Quod Canonici Capitulares pro tempore imburzarunt & imburzare consueverunt sibi denarios vini per Canonicos noviter admissos solvi consuetos. Quod fuit & est omnino falsum. Item pridem cum Capitulum in augmentationem divini cultus ad separandum ecclesias parochiales de Osterhout & Ewijck legitime unitas suam dedit consensum, idem Magister Petrus existens in Capitulo surrexit, & exiens domum Capitularem dixit in effectu: Ego in hanc separationem meum non adhibeo consensum, quia de illis ecclesiis habeo interesse, quod prosequi intendo, cum justitia suam habuerit locum. Item præmissi & alii plures & diversi excessus per dictum Magistrum Petrum perpetrati fuerunt & sunt notorii. Quibus quidem & aliis diversis excessibus notoriis & veris existentibus, Nos Vicedecanus & Capitulum Capitulariter ad hoc in domo nostra Capitulari, ut moris est, congregati volentes futuris, quantum in nobis est, obviare dissensionum materiis & jurgiis, atque pro honore nostra ecclesie & pace & tranquillitate inter nostros confratres conservanda totis nostris viribus laborare, nostram correctionem contra dictum Magistrum Petrum Ramp tulimus, & ferimus sententiam in hunc qui sequitur modum: Propter præmissos & alios diversos excessus per prædictum Magistrum Petrum perpetratos, de quibus notorie constat, & plures alias rationales causas notorias Capitulum prædicta ecclesia ad hoc moventes idem Capitulum cum moderatione infra scripta suspendit ex nunc ipsum Magistrum Petrum a voce Capitulari & perceptione fructuum, reddituum, & proventuum Canonicatus & præbenda, quos in dicta ecclesia obtinet, ad quatuor annos ex nunc proxime sequentes, injungens ipsi Magistro Petro pro studio pœnali, & correctionis disciplina, ac aliis omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potest & debet, quod ipse Magister Petrus hinc ante Dominicam Lætare proxime venturam iter arripiat, & se transferat cum effectu versus studium Erfordiense, Rostochiense; aut Heydelbergense, & in ipso studio personaliter continue per quatuor annos resideat, & sic dictum Capitulum ipsi Magistro Petro in prædicto studio residenti providebit quolibet prædictorum quatuor

annotum

annorum de fructibus, redditibus, & proventibus occasione prefatorum Canonica-
tus & prabenda obvencientibus de sexaginta florenis Renensibus, residuum vero,
quod occasione eorundem Canonicaus & prabenda fructibus, redditibus, & pro-
ventibus superexceverit ad usus publicos fabrica predicta ecclesia cedit, & ei
applicabitur, & dictus Magister Petrus hinc & post quatuordecim dies ex nunc
immediate sequentes certificabit Capitulum prefatum de partitione sententia hu-
jusmodi, & quod illi parere velit. Et si ipse Magister Petrus in premisis aut ali-
quo premissorum fuerit inobediens vel rebellis ex tunc Capitulum predictum contra
ipsum procedet tanquam contra inobedientem & rebellem, & alias prout de jure,
& secundum statuta & consuetudines dicta ecclesia fuerit procedendum, & prefa-
to Capitulo pro honore & utilitate dicta ecclesia videbitur expedire, Salvo etiam
quod dispensatio sive relaxatio super premisis vel aliquo premissorum erit gratiosa,
sic quod unus Canonicoꝝ Capitularium dicta ecclesia eam poterit impedire. In
quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum sigillum Capi-
tuli nostri presentibus apponi fecimus. Datum & actum Trajecti in domo nostra
Capitulari predicta sub anno a nativitate Domini, millesimo quadringentesimo
quinguesimo octavo, mensis Februarii die prima, hora completorii vel quasi. Sic
subscriptum. Thielmannus de Uslaria ad premissa Notarius.

Dignum obiter quod notetur, quod & pœnæ quoddam genus studendi
necessitas. Nec necesse ut mireris. Si Musis arceas etiam pœna, si libris, si
studiis. Sueton. in Tiber. cap. 61. Quibusdam custodia traditis non modo studen-
di solatium ademptum, sed etiam sermonis & colloquii usus. Alian. lib. 7. hist.
cap. 15. Ηνία τῆς θαλάσσης ἤρξαν Μιτυληναῖοι, τοῖς ἀφιστημένοις τῶν συμμάχων
πρωεῖαν ἐκείνῳ ἐπήρτησαν, γράμματα μὴ μαθητῶν τὲς παιδας αὐτῶν, μηδὲ
μικροῦ διδάσκειν, πᾶσιν κολάσιων ἤρσάροι βαρυτάτῳ, ἐν ἀμαθία ἢ
ἀμεσῖα κατὰ τῶναι, Quibus maris imperium tenerent Mitylenses, sociis qui de-
sciscabant hanc pœnam imposuerunt, ut liberos suos non docerent literas, neque ar-
tes liberales, omnium suppliciorum hoc gravissimum judicantes, in inscitia & igno-
rantia artium liberalium vitam transigere. Sed exilium id studiorum causa nisi
desidi & ignavo & sectanti tantum voluptates & delicias hujus mundi levius &
non tanti. Excommunicatio multo fortius terrebat. Aqua & igni interdicto
ut interdicta & alimenta, interdictum commercium, sic & excommunicato.
* Nulli licuit juvare eum aut cibo aut potu, aut ulla aliqua re ad vitam suam
sustentandam, siquis juvisset is & ipse excommunicatus. Nec adire eum
licuit, nec servitium exhibere, nec familiariter colloqui, & nec mor-
tuum sepelire. Diabolo devovebant. Necesse ut fugerent cum omnes, ut
sceleratum, ut impium, ut vitarent conspectum. Nec cum iis tantum sic age-
bant, in quos habebant imperium. Vibrabant fulmen in quosvis & in
quosvis indistincte. In cives etiam Trajectenses, in magistratum, in alios 7.

*Chroni-
Andrens.
monast.
apud d'A-
chery spi-
cil. to. 9.
p. 568.
Omnibus
illis simi-
lem excom-
municatio-
nem forti-
tis. qui mo-
lendinis
nostris mo-
lerent, qui
furnis no-
stris panes
coquerent,
qui census
annuatim
debitos no-
bis persol-
verent.

si vel levis cum ipsis quæstio. Ob causam pecuniariam, ob mercedes, ob census, ob debita non soluta. Locatio etiam conductio, emphyteusis ita inita, ut intra certum tempus non soluta pensione excommunicandi licentia sine mora esset statim. Charta Ann. 1251. 15. Kl. Maji. *Ego Wilhelmus de Brederode miles - - - quod medietatem decima in Papendrecht ad ecclesiam B. Maria Trajectens. pertinentem recepi a Decano & Capitulo dictæ ecclesie sub annua pensione. Adjectum præterea est, quod si ego pensionem præscriptam statuto tempore non solvero episcopus Trajectens. quicumque fuerit pro tempore me sine citatione excommunicabit &c.* Frequens de vectigali, a quo immunes se jactabant, cum magistratu contentio. Nec negabat magistratus sed dicebat abuti eos privilegiis concessis tabernam domi instituendo & in necem publicani plebi passim vendendo. Ea etiam interdum tempora, ut nisi extra ordinem conferrent omnes indistincte, ob redituum paucitatem nec possent hostes propulsari, nec æs posset alienum quod contractum dissolvi. Clerus autem tantum aberat, ut interdum succurreret, ut sumptu urbem sublevaret, & quicquam ultro conferret, diras potius evomebat, & si hæc non sufficerent quo ærario adhuc esset pejus, minabatur interdictum, minabatur discessum, ut Ann. 1527. *Overmits ons 25000. golde gulden boven recht, reden, ende versegelinghe ofgedrongen werden, ende tot onbehoorlycke excisen te geven gedwongen van die van de Stadt Utrecht, hebben daar omme onse Genadighe Heere van Utrecht ons voor dusdanige geweldten te beschermen en te beschudden aengeroepen. Doch dewyle sulcks by syn Vorstelycke Genade niet en heeft konnen geschieden, syn eendrachtelijck overcomen met allen onsen Vicarien, choralen, Dienaren nyt de Stadt te vertrecken ter plaaise daar sy wellicom wesen, ende hare provens met ruste verteren mogen. Ende wan enich onser Canonicken &c. dese niet naecomen en wilde, ende in der Stadt bleve, die soude synre vruchten niet genieten, nochte sich meer geen landt ofte kerckelycke sake onderwinden. Dus geschiet onder onse segelen ende eygen hanteycken. Ann. 1527. opten XI. Februar.* Atrox autem interdictum, & sæva tum rerum facies. Solitudo in templis. Clausa hæc, obserata. Spinis etiam obstructa. Cessabant tum sacrificuli. Cessabat cantus. Cessabat missa. Cessabant omnes a divinis. Nulli administrata tum ecclesiastica sacramenta. Nec fonti nec infonti. Et nec quisquam sepultus nec baptizatus nisi infans. Sepultus nec in collegiatis nec in aliis ecclesiis, cœnobiis etiam coactis sequi Canonice exemplum, ut vel hinc id satis patet:

Calistus episcopus servus servorum Dei, *Dilectis filiis Abbati monasterii sancti Adelberti Egmondensis, & sancti Martini Embricensis, & sancti Pancrati Leydensis Trajectensis diocesis ecclesiarum Decanis Salutem & Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Præpositi, Decani, Capitula, & Canonici, majoris,*

joris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beata Maria Trajectensium ecclesiarum petitione monstrant, quod Prior Prædicatorum & Guardianus Minorum ordinum domorum Trajectensium, nec non fratres domorum earundem, & nonnulli alii tam religiosa quam seculares persona civitatis Trajectensis, nonnunquam dum interdictum ecclesiasticum seu generalis cessatio divinorum aut per processus Apostolica vel ordinaria auctoritatibus habitos, vel per Provincialia seu Synodalia aut etiam dictarum ecclesiarum Canonice edita & olim inconcussa observata statuta, seu juxta laudabiles earundem ecclesiarum antiquas approbatas & similiter observatas consuetudines, cum ipsis aut eorum ecclesiis a Nobilibus, Militibus, Civibus, ac aliis personis ecclesiasticis & secularibus, seu Communitatibus super possessionibus, decimis, bonis & juribus, ac privilegiis & libertatibus eorum graves injuria inferuntur, prolata & posita per eosdem Præpositos, Decanos, Capitula, & Canonicos observatur, in ecclesiasticarum censurarum vilipendium divina publice & solemniter celebrare, aliquando etiam interdictos & excommunicatos ad divina admittere contra prohibitionem felicitis recordationis Clementis Papa V. prædecessoris nostri per quandam constitutionem super hoc editam non verentur, unde pluries gravia scandala & pericula succedunt animarum, super quo Præpositi, Decani, Capitula, & Canonici prædicti humiliter supplicarunt per nos salubriter provideri, Quocirca discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita Priorem, Guardianum, & fratres, ac alias tam religiosas quam seculares personas prædictas ad observationem constitutionis Clementis Papa hujusmodi sub in eadem constitutione adjectis pœnis & per alias ecclesiasticas censuras, monitione prævia auctoritate nostra appellatione postposita compellatis, Non obstante si præfatis Ordinibus a Sede Apostolica sit indultum, quod persona ipsorum Ordinum ad judicium trahi aut suspendi vel excommunicari seu ipsa vel dictorum Ordinum domus & loca interdicti non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam nostra jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc eis nolumus aliquatenus suffragari. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1456. Sexto Kl. Maji, Pontificatus nostri anno primo.

Nec tantum si magistratui, si civi cum iis quæstio, ad diras statim convolabant. Etiam si aliis. Si civi cum cive. Ne discrimen quidem factum, quæ esset quæstio, quæ causa. Ob quamvis causam indistincte & vivi diris devoti & qui dudum jam mortui. Etiam ante annos decem. Sic Curia Provincialis

lis in libello Comiti de Hoochstraten oblato Ann. 1536. *Dan is waar dat in't jaar xxxi. oft xxxii. die ondersaten van Schalckwyck ende andere Dorpen den Hove van Utrecht claechden, dat by den geestelicken Officiers groote menichte van huyslieden recht voor Paschen gedenuncieert wierden in den banne, onder die welck waren eenige, die voor x. of xii. jaren doot geweest hadden, Welcke denuntiatio veel geschiede ad nullius instantiam, dan alleen om den Fiscaal ofte Registre houdere t'gelt te doen hebben van der absolutie ofte relaxatie tot naer Paschen, Dair op den Procureur generaal gelaft was informatie te doen, ende nae daar van den Hove gebleken was, ende datter met honderden alsoo in den ban gedenuncieert waren, is mogelicken dat den Pastoren aldaar geschreven mach zijn, dat sy op sulcke denunciatien van banne niet en souden achten, besonder die gegeven waren tegens t'bevel van den Keyser propter clausulam irritantem citationem & processus coram ecclesiasticis in contrarium factos als die clagers genoeg bekennen in't voorsz. xix. art. & mox: Ende die Keyserl. Maj. van dat voorsz. is geadverteert synde heeft den geestelycken rechters in't voorsz. Oñtroy verboden gelycke denunciatie van banne bysonder tegens den dooden voortaan te doen. Item: Ende t'gunt die Proisten, Archidiaconen, ende Officialen in voertyden gedaan hebben is geschiet in den lande van Utrecht deur permisio van den Bisschop &c. & mox: Ende dat sy seggen sulcks daghelycks in Zeelant gepractiseert te worden is waar, dat die Steden geen jurisdictie hebbende op't platte lant, merckende over hondert jaren de Lancluyden die excommunicatie meer vreesden, ende die oic by den geestelycken rechter discretelicken geuseert wierde, hebben op singuliere privilegien van den Grave van Zeelant vercregen, dat sy heure pachters ende schuldenaars van verteerde costen ende arbeyts loon voir den geestelycken rechter souden mogen betrecken. Etiam inter laicos & 8. in causa seculari judicabant Officiales, Provisores, Decani. Et id moris Ultrajecti, ut si cives contenderent, & summa non excederet florenos decem aut duodecim in rei esset potestate libellum petere ab Officiali & deferre ad magistratum. Quo accepto magistratus causam dabat decidendam libellorum magistris. Necessse his ut deciderent intra sex septimanas. Si non decidissent ad Officiale remissa. A quo qui condemnatus si non solveret quod debebat statim fulmen in eum jactum. Ex libello Cæsari a Prælati oblato & secundo Curia Provincialis Memoriali inserto: *Dat d'Officialen van den Bisschop ende Archidiaconen van outs ende boven alle menschen geheugenisse boven die cognitio causarum mere spiritualium, utpote beneficialium, decimarum, matrimoniorum, natalium, usurarum, & similium oic kennisse plegen te nemen van alle andere saken personalibus meris & etiam mixtis so wel tusschen geestelycken als weerlycken personen; so binnen als buyten. Uytgesondert alleenlicken**

ken als den een Borger jegens den anderen Borger eenige saken ofte actien hadde, bedragende boven die somme van tien ofte twaalf Beyersche guldens, want in sulcken gevalle so mochte de Verweerer een libel eyschen van den voorsz. Officialen, s'welck hy bracht an den weerlicken Raadt der Stadt Utrecht, die tot sulcke saken deputeerden twee libelmeysters om deselve saickon te hoiren, ende by voirraat der geleerden te slechten binnen den tyt van ses weken, waar van men niet en plach te appelleren, op dat d'een den anderen niet pleyten niet en soude bederven. Ende indien die voorsz. Libelmeysters die selve sake binnen de voorsz. ses weken niet en slechten, so mochten die Officialen voorsz. ter instantie van den eyscher die wederomme voor hun roepen, ende die selve sake naar rechten eynden ende termineren. Oick so plegen die Officialen voorsz. kennisse te nemen van erspachten, tynsgoeden, ende diergelycken, ofse vervallen waren in commissum ofte niet, ende daar op te judiceren &c.

Cum suis mitius agebant. Primo eis inhibebant ingressum ecclesiæ. Suspendebant tum a divinis. Et tum excommunicabant. Cæteros primo excommunicabant, & pulsatis campanis, erecto crucis vexillo, accensis candelis, & in terram postmodum projectis versus ædes ipsorum tres lapides projeciebant. Tum singulis diebus festis & inprimis Dominicis denuntiabant, excommunicatos in cœtu ecclesiæ. Et si id rei momentum quotidie repetita campanarum pulsatio. Quod si floccifieret, jubebant familiares, ministris, domesticos, sub pœna excommunicationis ab ipsis discedere. Si non discederent eo ipso & ipsi excommunicati, & singulis diebus festis denuntiati excommunicati. Et si nec id satis efficax locum universum ob paucorum etiam noxam interdicto supponebant, cujus vis quam acerba, quam sæva & inhumana dixi *lib. de Nobilit. p. 380. & 383.* Et tandem arma inclamabant, & brachii, ut vocabant, secularis auxilium, *c. ficat c. excommunicatos 11. qu. 3.* Concilium Albiense apud d'Achery to. 2. *Spicil. p. 673.* Singulis diebus Dominicis publice excommunicentur in ecclesiis, pulsatis campanis, & extinctis candelis, ac in omnibus ecclesiis singulis diebus in crepusculo omnes campana simul pulsentur in detestationem criminis memorati. Arnulphus Sagiensis apud eund. *ibid. cap. 6.* Castrum sancti Martialis pro foribus urbis inhabitat, unde is qui sedem sibi cathedra Pontificalis usurpat, singulis diebus audire possit campanas in sua excommunicatione sonantes. Charta Sixti Papæ apud Hedam *hist. Ultraj. p. 303.* Ut quotiens super hoc pro parte dicti Domini episcopi fuerint requisiti, seu quisvis eorum fuerit requisitus in eorum ecclesiis, Dominicis & aliis festivis diebus, dum inibi major populi multitudo convenerit ad divina, pulsatis campanis, & accensis candelis,

candelis, ac postmodum in terram projectis & extinctis, erectoque crucis vexillo, cum trina lapidum projectione, & aliis similibus de jure observari solitis ecclesiasticis ceremoniis, interdictos, suspensos, excommunicatos, anathematizatos, privatos, inhabilitatos, aggravatos, & reaggravatos, publice denuntient, ac ut tales jubeant & mandent ab aliis omnibus arctius evitari &c. Charta adhuc inedita Ann. 1444. Vobis vero Reverendissimis Reverendisq; patribus & dominis DD. Archiepiscopis & episcopis, quibus ob reverentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferendum duximus in hac parte, si contra praemissa vel praemissorum aliquod feceritis per vos vel submissas personas dicta sex dierum canonica monitione praemissa ingressum ecclesia interdicimus in his scriptis. Si vero hujusmodi interdictum per alios sex dies dictos sex immediate sequentes sustinueritis vos simili monitione pravia in eisdem scriptis suspendimus a divinis. Verum si praefatas interdicti & suspensionis sententias per alios sex dies praefatos duodecim dies immediate sequentes animis, quod absit, sustinueritis induratis vos exnunc prout extunc in his scriptis excommunicationis sententiis innodamus, & mox: Si vero quod non credimus dicti Scultetus, Burgimagistri, Consules, habitatores, & Commune ex adverso principales aliique contradictores in hac parte & rebelles hujusmodi nostris monitionibus & mandatis ymo verius Apostolicis infra dictos eis assignatos terminos non paruerint realiter & cum effectu dictam excommunicationis sententiam damnabiliter incurrando, extunc omnes & singulos praefatos nostros Subdelegatos, & eorum quemlibet, requirimus & monemus, ac eis sub dicta excommunicationis poena mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis & festivis in suis monasteriis & Capellis, ubi, quando, & quoties expediens fuerit, & pro parte dictorum Praepositi, Decani, & Capituli principalium fuerint requisiti, seu alter ipsorum fuerit requisitus infra missarum & aliarum horarum canonicarum solempnia praefatos Scultetum, Burgimagistros, Consules, habitatores & Commune ex adverso & alios contradictores & rebelles praedictos sic excommunicatos publice tandem denuntient, & ab aliis denunciari faciant, donec & quousque aliud a nobis habuerint mandatum. Et si praefati Scultetus, Burgimagistri, Consules, habitatores, & Commune, caeterique in hac parte contradictores & rebelles excommunicati denunciati hujusmodi denuntiationem excommunicationis & ipsius sententiam per decem dies post eandem denuntiationem sustinuerint, extunc processus nostros hujusmodi aggravando & continuando attendentes, quod tanto graviora sunt peccata, quanto diutius infelices animos detinent alligatos, quodque crescente contumacia crescere debet & poena, ne facilitas venia audaciam tribuat delinquendi, auctoritate Apostolica praedicta praefatis nostris Subdelegatis sub excommunicationis poena committimus & mandamus, quatenus singulis diebus festivis & dominicis

in

TRACTATUS. CAP. XXXI. 511

in suis ecclesiis, monasteriis, Capellis, infra prescriptarum horarum solemnia dum ibidem fidelium multitudo convenerit ad dominicum dictam excommunicationis sententiam innovando & reiterando eosdem Scultetum, Burgimagistros, Consules, habitatores, & Commune, nec non contraditores & rebelles, ut pramittitur, excommunicatos nominatim campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram projectis, cruce erecta & religione induta aquam benedictam aspergendo ad signandum demones, qui eos sic detinent ligatos & suis laqueis cathenatos, orando quod Dominus noster Jesus Christus eos ad Catholicam fidem & sanctae matris ecclesiae gremium reducere dignetur, ne eos in tali perversione dies eorum finire permittat cum decantationibus Responsorii, Revelabunt coeli iniquitatem &c. & psalmum Deus laudem meam ne tacueris, cum Antiphona, Media vita, totaliter, & hoc facto & finito ad januas ecclesiarum suarum una cum clericis & parochianis accedendo ad terrorem, ut ipsi Scultetus, Burgimagistri, Consules, habitatores, & Commune, aliique contraditores & rebelles promptius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum suarum projiciendo in signum maledictionis aeternae, quam Deus dedit Dathan & Abiron, quos terra vivos absorbit, etiam post missam & in vespere & in aliis quibuscunque horis Canonice solemniter publicent & denuntient, ac ab aliis quantum in eis fuerit, publicari & denunciari, nec non ab omnibus Christi fidelibus artius evitari faciant &c. Verum si praefati denunciati per alios decem dies dictos decem dies immediate sequentes praefatas denuntiationem & aggravationem ad ipsorum notitiam deductas animis, quod absit, sustinerint induratis, extunc processus hujusmodi reaggravando &c. praedicti nostri Subdelegati &c. sub infra scripta excommunicationis poena districtius injungant, prout nos etiam injungimus &c. quatenus infra sex dierum spatium &c. ipsi familiares & servitores a familiaritate & servitio, ac ipsi nec non ceteri Christi fideles, ac ipsorum quilibet a participatione & communionem ipsorum denunciatorum & aggravatorum penitus & omnino desistant, ac quilibet eorum desistat, nec cum eisdem denunciatis, aggravatis & reaggravatis, aut eorum aliquo serviendo, loquendo, stando, sedendo, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, cibum, potum, aquam, vel ignem ministrando, aut aliquo alio humanitatis solatio, praeterquam in casibus a jure permisis participare praesumat, & si contrarium fecerit nos in eos & eorum quemlibet cum dictis denunciatis, aggravatis, & reaggravatis rebelliter participando &c. excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, &c. & nichilominus omnes & singulos Subdelegatos nostros &c. requirimus & monemus, eisque sub dicta excommunicationis poena mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis & festivis &c. excommunicatos publice denuntient, & ab aliis Christi fidelibus artius evitari faciant &c. Prae-

rea si prefati denunciati, aggravati, & reaggravati &c. animo quod absit indurato &c. pradictas nostras sententias sustinuerint &c. nos extunc prout ex nunc omnes & singulas Civitates, terras, oppida, castra, villas, suburbia, quarumque ecclesiarum collegia, & parrochias & quacunquē alia loca in & sub quibus dictos denunciatos, aggravatos, & reaggravatos, vel alteros earundem morari, & ad quos seu ad quem ipsos seu eorum aliquem declinari contigerit, quamdiu ibidem fuerit, seu aliquis eorum fuerit, in his scriptis ecclesiastico supponimus interdicto &c. ita & taliter quod hujusmodi stante interdicto nulla ecclesiastica sacramenta in & sub eisdem locis, sub quibus dicti denunciati, aggravati, reaggravati, & interdicti fuerint, seu alter eorum fuerit, ministrantur, nisi pœnitentia & Baptismus omnibus indifferenter, eucharistia infirmis tantum, & matrimonium sine ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibique & sub eisdem locis decedentibus ecclesiastica denegetur sepultura &c.

Verum ponamus jam. Fulmen jactum in Titium. Sempronio Titius debet mille. Si commercium cum eo nullum. Si nec alloqui eum licet, qui quæso quod debetur consequetur Sempronius? Non levis hæc difficultas. Sed in hunc etiam casum a magistratu provisum. Solvendum nihilominus & intra certum tempus absolutio impetranda. Neutrum si quis curaret ut contumax condemnatus adempto munere siquo præditus. Ex Actis Ann. 1409. *Ende worde ymant die aldus gedaget is vervolget mit den Geestelicken rechte, dat hy te banne quame uyter versmadenisse s'rechts, so sel hem die gene die te banne gecomen is, uyten banne losenen, ende absolueie winnen binnen drie maanden na dat hy te banne gecomen is, ende en doet hy des niet so mach die Aenspreker tenden die drie maanden den genen doen bieden voor Schepenen, die alsoo lange te banne gestaan heeft &c. Ende waar eenich Knaep ofte knecht voorsz te banne, die soude hem binnen xiv. dagen na dat hy te banne gecomen waer uyt den banne losenen, ende absolutie winnen, ende enich Knaep ofte knecht die dit verbraecke, ende die Raat ter waarheyt vonde, die verboerde z'jn Ambacht; ende dat Ambacht s'oude de Raat dan enen anderen geven.*

Tam durum & tam acerbum in manus cleri incidere. Quamvis etiam non ignorem, quod multi quos nec olim multum terruit anathema. Suederus van Culenborch Electus Trajectensis cum excommunicasset adversarium suum Rudolphum van Diepholt, Rudolphus re audita, protenso pugno, ego, inquit, hoc illum excommunicabo. Certe & ipsi sacrificuli sua insigni protervia interdum in causa, ut quæ passim metuenda sacra hæc interdum crederentur non tanti. Prodiit Ann. 1524. Daventriæ liber, cui titulus *Prognosticon Antichristi*, in quo quicquid aut stultum aut quicquid prorsus ridiculum is qui libri

Auctor

TRACTATUS. CAP. XXXI. 513

Auctor præfectus Virginum cœnobio in Mariengarde concessit. Pag. 33. de excommunicationis vi agens in Lutherum vibratæ ita ait ut sequitur: *Fuit quidam Comes Tholosanus fautor & receptor hæreticorum, & omnis talis ipso facto est excommunicatus una cum hæreticis &c.* Et quidam sanctus Abbas fuit ad eundem Comitem missus ad monendum eum, qui cum sancto viro nollet acquiescere, nec excommunicationem timeret, sciens vir sanctus, quod cor perversum non erudiretur verbis, dixit Comiti: *Ut tu & tui videant factis, quantum infecta sit anima, qua excommunicationis vinculo est innodata, volo mihi afferri album panem; quo sibi allato dixit: O panis licet tu non merueris, tamen ut in te ostendatur veritas fidei nostræ, & maledictio anima excommunicationem non timentis, excommunico te, quo dicto, panis, qui erat inter manus ejus albus & candidus, mox niger factus est, quem præcepit in duas partes dividi, & intus similiter apparuit niger, mucidus, & corruptus.* Tunc subjunxit, ut etiam scias virtutem absolutionis, *accepto pane absolvit eum, qui in priorem speciem & candorem reversus est.* Tam exquisitis deliciis dum Papatus adhuc vixit insuper habito Verbo Dei deducta plebs imperita. Sic astu, nequitia, sic fabulis captus terrarum orbis. Sed ad rem ut revertar puto valde hæc notanda: Quod clero non jurisdicção tantum, sed quod utraque jurisdicção & civilis & criminalis, & ecclesiastica & secularis. Quod utraque hæc Ultrajecti. Etiam in ipsa urbe. Etiam inter cives, inter laicos contententes. Quod utrumque ei merum & mixtum imperium. Quod virgis, quod exilio defensa jurisdicção. Quod multa, quod carcere, quod jacto fulmine in contumaces. Et quod non brutum illud fulmen. Qui eo tacti infames. Ad magistratum non admitti. Amoti, rejecti ab omni hominum consortio. Ne jus quidem connubii. Sepultura, alimentis, vita ipsa indigni. Et ipsi cæsi & capti, & qui ipsi a servitiis. Spoliati, fugati, rebus suis exuti, & exui etiam jussi. Occisi etiam impune. Nec occidens dictus homicida. Injuncta tantum pœnitentia. Et ne hæc quidem satis magna. Caroli V. constitutio Ann. 1533. 10. Febr. *Kaerle &c. In den eersten dat alle geestelijcke personen onder den Bisdomme van Utrecht ende onse temporele jurisdicção aldaar geseten heure debiteuren ende sculdenaren so wel binnen onser Stadt Utrecht als daar buyten woonachtich om verschene pachten, tynsen, tienden, ende diergelijcke convenieren ende bescreven sullen mogen voir den Officialen van den voornoemden Bisscop ende Archidiaconen der Kercken van Utrecht, in alre manieren als sy dat voir de translatie van de temporaliteyt onses voirsz lants van Utrecht te gebruycken plegen &c.* Charta Ann. 1413. 3. April. *Ende de Stat van Utrecht en zel den Official geen verbot of hinder doen doen, hy en mach eenen ygelicken recht doen dies van hem geert, alse van outs gewoonticken heeft geweest sonder argelst.* Statuta vetera

Trajectina: *Worde ymant in den Raadt gecoren op onser Vrouwen avont Schepe-
ne, Raadt, ende Ouderman, de in den banne waar, dies Rechters brief mes s' Ker-
spels Papen segel besegelt ware, ende des in geen beroep en ware, ende daer
of niet absolviert en ware, eer hy gecoren worde, de sel of gaan, ende dat jaar
in den Raat niet comen, ende de vyf mannen, die den manne gecoren hadden,
sellen enen anderen in synre stede kieseren rechthevoirt na der gilden wilvoer.* Char-
ta apud d'Achery to. 3. Spicil. p. 481. *Per praesentia vobis scripta mandamus,*
Aureæ *quatinus predictos Burgenses tanquam perjuros & proditores & excommunicatos*
vallis Re- *in nundinis & mercatis vestrarum parrochiarum recipi omnino prohibeatis, immo a*
ligiosus *quibuscumque parrochianorum vestrorum inveniri potuerint, capi & rebus suis*
bist. Leo- *spoliari precipiatis.* Urbanus II. *Papa caus. 23. qu. 5. can. 47. Non enim*
diens. cap. *eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos zelo Catholicae matris*
72. *Is commotus ambos citavit in crastinum ad Capitulum &c*
ambos citavit in crastinum ad Capitulum &c
& consilio seniorum jussit, ut subdiaconus excusa camisia pro reatu verborum corporalem exciperet disciplinam &c.
*Plura ut addam non necesse est. Sic se olim res habuit. Iudex eccle-
siasticus a laicis etiam aditus. Nec in causa spiritali tantum. Etiam in seculari.
Et visa via haec expeditur. Sicuti debitor esset contumax adito Officiali
petebat fulmine eum percuti. Percussio quod debebat solvendum intra
trimestre. Directa alioquin a magistratu executio in ejus bona. Si
percutus eo Praetor, si Senator, si iudex, nec curaret se absolvi intra dies
quatuordecim, munere, officio suo motus, nec intra biennium ad id iterum
admissus. Viatori ob eam rem absolute id ademptum aliique concessum.*
Vetera urbis Statuta Ann. 1403.

*Voort waart dat ymant te Banne gedaan worde, na dat hy in den Raadt ge-
ren waar, die soude hem daar uyt losenen ende absolutie winnen binnen 14. da-
ghen na dat hy te Banne gecomen wair, Ende en dede hy des niet, ende de Raat
dat ter waartheyt vonden, so soude hy uyt den Rade gaan, ende daar niet weder in
comen binnen twee jaren als voorsz. is.*

*Voort so en sel geen Schout ofte Rechter, die weerlyck recht voert binnen
der Stadt vryheit, die te banne is, recht houden, oft ymant van synre wegghen.*

*Voort enich Schout ofte Rechter die te banne wair, die sal hem binnen 14.
daghen na dat hy te banne gecomen waar uyt den Banne setten ende absolutie
winnen, ende en dede hy des niet, so en sal hy binnen twee jaren geen
Scoute ofte Richter wesen in dien gerechte ofte in ghenen anderen gerechten
binnen onser Stadt ofte der Stadt vryheit mogen wesen, of ymant van sijn
wegen.*

Voort

TRACTATUS. CAP. XXXI. 515

Voort so en sel gheue van onser Stat. Knepen hooge ofte leghe te Banne staan.

Voort waar enich Knaep ofte Knecht voorsz. te Banne die soude hem binnen 14. daghen, na dat hy te Banne gecomen waar uten Banne losenen, ende absolutie winnen, ende enich Knaep die dit verbrake, ende het die Raat ter waarheit vonde, verboerde zyn ambocht, ende dat soude die Raat enen anderen geuen.

CAPUT XXXII.

1. An Chomarchis jus gladii.
4. An & mixtum imperium.
2. Vocis Heemraedt origo.
3. Ejusdem juramentum.
5. t' Gerecht ten Sevene.
6. A Chomarchis quis appelletur.
7. An idem Dijcgraeff, & Watergraeff.
8. Quid flumen retare.
9. Qua formula curatio olim molium concessa.

Nemo autem miretur, quod clero quod Canonicis etiam merum imperium, & quod ipsi sibi id adscribant in charta, quæ supra. Nulli merum imperium. Nulli alta jurisdictio, nisi soli episcopo. Nulli datum id ex Capitulis nisi S. Johannis tantum. Verum est. Fateor, sed necessario hic notandum, quod & plenum id & minus plenum. Non omnes apud Romanos qui habebant jus gladii habebant omnes ejus partes l. 6. §. 8. ff. de offic. pref. junct. l. 2. §. 1. ff. de pen. l. 6. §. ult. l. 7. l. 8. §. 1. ff. de pen. l. ult. ff. de offic. pref. vig. Et nec * hodie id procedit. Habuit clerus jus gladii. Sed non habuit universum. Habuit qualdam ejus partes. Et hoc sufficit, ut alicui adscribatur jus gladii. Quævis gravior coercitio enim gladii verbo continetur, ut Dd. communiter ad l. 3. ff. de jurisd. Sic exemplum in Chomarchis. Et hi habent jus gladii, sed non habent in quosvis. Nec quovis tempore etiam habent. In eos habent, qui quid faciunt, quo agger fiat deterior, in molium corruptores, in fures arborum, virgultorum, & cujusvis materiæ ad aggerem comparatæ, in eos qui in molibus cum lustrantur, inspiciuntur, vulnerant aliquem, percutiunt, occidunt, confodiunt. De iis, quæ ad Leccam, Caroli V. constitutio Ann. 1537. Ende oick sal die Dijcgraef een oirdeel eyschen van den Heemraden, indien daar eenige boeten op ten Dijcke verschynen, oft hy de selge eyschen ende met recht nemen mach &c. Ende sullen kennisse nemen ende wysen in allen saacken opten Dijck vallende, het zy van dieste van hout, rÿs aldaar gestolen, oft ander berovinge aldaar gebeurende, van injurien, vechten, dootslagen, oft anderen mesusen die daar hangende

*Vid. d'A.
chery 20.
8. Spitiil.
p. 270.

hangende de Schouwe ofte Legerdaghen gebeuren mochten: De iisdem vetus charta Rudolphi van Diepholt Ann. 1454. Item ymant die aldus of anders om syn Dijk wille ballinck off voorvluchtich geworden waer, die en soude tot geente tijt comen binnen de schouwe ende begrype van den Yfeldijk ende Leckendijk voorsz, ende of hy t'eeniger tijt buyten consent van den Dycgrave binnen de voorsz. Schouwe quame, so soude hem die Dycgrave mogen aantasten, ende vangen sonder ymants wederseggen, ende dien selven opten Dijk rechten. Ordinum constitutio de molibus ad Marnam Ann. 1644. 19. Mart. art. 3. Item sullen kennisse nemen ende wisen in alle saacken op den dijk voorsz vallende het sy van diefte van hout, rijs aldaar gestolen, ofte ander berovinge aldaer, van injurien, vechten, dootslagen, ofte andere mesusen, die daar ten tijde van de schouwe ofte besoigne van den voornoemden Graaf ende Heemraden op den Merendijk gebeuren mochten achtervolgende de hantvesten van Bijlevelt. Proscribendi jus habent, confiscandi etiam reos, & si exigat ita res pullandi campanam. Rudolphi Diepholdii charta Ann. 1454. Waert sake, dat ymants Dijk die van den Heemraden niet geloofst en waer walich worde, oft sleekhoort daar in schoerde, die gene dien die Dijk zijn was, die soude ewichlyck ballinck ende landvluchtich wesen, ende alle goet dat hy hadde ruerende ende onruerende binnen der schouwe van den Yfeldijk ende Leckendijk voorsz soude gaan in den Dijk, also datmen dien Dijk daar mede wedex maacken sal, so verre dat reycket, & mox: Item ymant die aldus of anders om syn Dijk wille ballinck of voorvluchtich geworden waer, die en soude tot geente tijt comen binnen de schouwe ende begrype van den Yfeldijk ende Leckendijk voorsz, ende of hy t'eeniger tijt buyten consent van den Dycgrave binnen de voorsz. Schouwe quame, so soude hem die Dycgrave mogen aentasten ende vangen sonder ymants wederseggen ende den selven op ten Dijk rechten. Waert sake dat enich waternoot quam aan den Dijk het sy van hse off van water, so dattet van noode waer met machte op ten Dijk ter were te trecken, ende den Dycgrave mitten meesten deel van de Heemraden noot dochte daaromme die klokke te slaen, so sullen die Dycgrave off Heemraden den Schout van Yselfteyn in synre tegenwoordicheyt off in synre woonstede by enen seeckeren Bode ten wete doen, dat die Dycgrave de klokke sel doen slaen, en tot wat tijde dattet geschien sel, so sel die Schout van Yselfteyn gehouden wesen dat terstont voort te laten weten allen den Schouten in allen Carspelen des Heeren van Yselfteyn, ende so sal die Schout van Yselfteyn, ende alle die andere Schouten des Heeren van Yselfteyn gehouden wesen over all in allen Carspelen ende op die selve tijt, als die Dycgrave, ende dat meesten deel van de Heemraden die klokke slaen sullen, die klokke te slaen in den lande van Yselfteyn, ende den klokkeslach van de Schouten des Heeren van Yselfteyn sullen

fallen die ondersaten van dien volgen &c. Statuta etiam condendi, poenaeque iis constituendi & proponendi jus habent, modo nihil tamen statuunt contra Ordinum edicta, contra jus commune in Ordinum praedictum, in praedictum territorii, aut eorum, qui id incolunt, per quod aggeres protrahuntur, qui si putent se gravatos referre ad Ordines rem possunt *cap. venientes ext. de jurej.* Florentii de Wevelichoven charta Ann. 1385. Voort so mogen onse Dijkgrave ende Heemraders voersz. nieuwe keuren leggen op beuren dijk te breeden of te smalen, te meeren oft te minderen, te hoogen of te leggen, schut daar op te setten, of off te doen, hoer waterganck te engen, te wyden, of te diepen, hoer bruggen ende sluysen te leggen, uyt te breken, off te vermaken half of altemale, also dicke als sy willen sonder meer versoecks aen ons of aan onse nacomelingen Bisschoppen t'Utrecht te doen. *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 19. n. 257.* Christin. *ad leg. Mechl. tit. 1. art. 1. n. 13.* Bort. *tr. van Hooge en Ambachtsheerlicheyt. cap. 3. n. 45. & seqq.*

Cæterum cum dico quod jus gladii etiam habent de quibusvis non loquor. Sunt qui habent. Sunt qui non. Et qui habent, ut jam dixi, vel plus habent, vel minus, prout tabulis ipsis publicis ab initio concessum. Et quid si ipsis constituentibus tantum media jurisdictio? Quid si quidam quibus media, quidam autem quibus alta, nec jus omnium satis certum? Et quid si certum, & satis constet, quod jus gladii etiam habent, & Chomarchis tamen non concesserint? Charta Ann. 1280. Johannis ab Arckel, de aquæductu inter Everdingam & Ameydam ad Leccam: *Worden die Dyckers vechtsende op den Dijk, die sal die Richter berichten, die des Hoefschach zijn is sonder dootslage. Geschiede daar dootslach dat sal berichten, die de Heerschappye syn is.* Exemplum quidem non est, quo quis ultimo supplicio a Chomarchis affectus, sed exemplum nihilominus, quo jus dictum de crimine. *Ex Actis Ann. xv. xlv. Also Alert van Buyren opentlyck voor Dijkgraaff ende Heemraden bekent ende beleden heeft den dijk berooft ende poeten daar van gestolen te hebben tot twaalf stuicks toe, daer van begeerende gende, ende afgaande zijn gegeven geleyde, submitterende zijn saecke aan de Heemraden, en belovende sulcks tot geenen tyden meer te willen noch te sullen doen, oft gestraft te worden andere ten exempel, Soo ist dat Heemraden meer geneycht tot gratie dan tot rigeur van justitie den voersz. Alert van Buyren gecondemneert hebben tot vermaxinge van den Dyckgraeff van Keyserl. Moje- steys wegen, ende condemneren by desen, dat hy mitten blooten hoefde komen sel voor Dijkgraaf ende Heemraden, ende vallen op zijn knyen opentlyck voer recht, biddende Godt ende de justitie om vergiffnisse, Injungerende ende bevelende den selven Alert om dese niemant in woorden noch wercken te*

misdoen noch doen misdoen in goetere wijs, by pene van criminelijk gestraft te worden tot arbitragie van Dijcgraef ende Heemraden, ende wort het voorgaande seyt hier op den voornoemden Alert geremitteert. Ondertuyckent: Zuylen. Ex Actis Ann. xv^o. xxvi, 3. Mart. Willem Janssen out ontrent 53. jaren gewraecht opt Reuclemens van de voorsz Certificatie segt by synen eedt, dat hy die spreekt nu sekeren langen tijt dienaar van de Camelaers op den Leckendijck geweest is, omfangende die nootrijs ende toeficht hebbende tot t'houw ende rijs, dat aldaar verwrocht wort, Soo ist waartsich dat alse t'voorsz nootrijs geleverd, ende by den Camelaer ofte hem van des Camelaers wegen by t'getal ontfangen is, so wert t' selve rijs gestapelt ofte gestucke, sulcks dat die palen int midden gestelt ende die Rijs daar buyten omme gestucke, daaromme twee wielen gedraeyt worden, daar deur dat niet een bos daar aff soude mogen genomen worden, oft men soude mogen sien. Dan alst noot is wert de rijs by hem die spreekt den Arbeyders toegetelt, ende t'geene daar blijft laat hy die spreekt terstont wederomma weten, ende also hy Deposant te Schalckwijck woont, gaat hy alle woken twee oft driemaal, ende besiet oft er yet afgenomen is, ende laat et terstont woten, indien by Schippers oft Buyren yet daar afgenomen wort, t'welck nochtans niet dickwils en geschiet, immers en is dese winter egheen schade geschiet die weerde van vier stuyvers, Seyt dat in den verleden winter een Alert van Buyren stlycke poten gestolen hadde, die gecauseert werde, ende soude bycans zyn lijff gecost hebben, immers en mach hy Alert niet meer op den Dyck arbeijden &c. Sed & alia exempla :

Gesien by de Hoge Heemraden van den Leckendijck bovendsams, den Criminelen eysch mette bygevoechde informatien ende bewysen by d'Heer Everard van Weede Heer van Dyckvelt, Ratelis &c. Dijcgraeff van den voorsz Leckendijck eyscher aangemelte Hoge Heemraden overgeleverd, op ende jegens Hendrick van Helem Burgermeester der Stede Wyck gedetineerde, de voornoemde Hoge Heemraden hier op gehadt hebbende t'advys van gepractiseerde Rechtsgeleerden, doende recht condemneren den Gedetineerde over de forces ende excessen, by hem tot twee distincte reysen gepleegt, door het doen afflaan ende veranderen van de sloten, hangende voor den Duycken ofte Heull, die leyd door den Leckendijck benden de Stede Wyck, sels de laatste maal in't gesicht ende ter presentie van de Heeren Dijcgraeff ende Hoge Heemraden van den voorsz Leckendijck, in een amende van hondert silvere Nederlantsche Ryders, met interdictie van sulcx ofte diegelycke in't toecomende meerder te doen, ofte laten doen, op pene van swaarder straffe, condemnerende daar beneffens den Gedetineerde in de kosten ende misen van justitie.

Aldus gedaen by de Heeren Gerard van der Nypoort Cornelis Booth, Johan van

T R A C T A T U S . C A P . XXXII. 319

van Nellesteyn, Pieter Ruysch, Gaspar Schade, Gerlach van der Capellen Heer van s' Herenarensbergen, ende Hendrick Jacob van Tuyl van Seroskercke, Heer van Zuylen, Hoge Heemraden, ende gepronuncieert den 20. April 1675. Onder stont: In kennisse van my I. Huyssen.

